

HIEROGLYFICA
SYMBOLA

Ex abditissimis Sacræ Scripturæ arcanis eruta,

E T

Singulis Quadragesimæ EVANGELIIS *accommodata:*
CONCEPTVVM *Scripturalium, & doctrinalium varietate redundantia:*

Et viua voce, in Patriarchali VENETIARVM, Italico sermone pronunciata.

AVCTORE
R. D. BARTHOLOMÆO DE RVBEIS VICENT. I.V.D.
Olim S. Theologiæ publico interpræte.

OPVS.

Ut verè prętiosum, propter inuentionem ipsam, ordinem singularē, & Themata omni eruditione affluentia; itá Concionatoribus, & curam animarum gerentibus, admodū necessarium; cum ex eo, (Tanquàm ex piscium viuario) Omnes boni CONCEPTVS *depromantur.*

QVADRVPLICI INDICE EXORNATVM.

Primus quorum: cuiuslibet Concionis Materiam, Symbolum, Noëma & Thema; Secundus Loca communia; Tertius Sacræ Scripturæ authoritates: Quartus verò res memorabiles, continet.

DICATVM
ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. DD. CAROLO MADRVCIO
S.R.E. CARDINALI Amplissimo, & PRINCIPI Optimo.







VERONÆ, Apud Andream de Rubeis. 1612.









ILLVST.^MO ET REV.^MO D.D. CAROLO MADRVCIO S.R.E. CARD. AMPLISS. Et PRINCIPI Optimo.

BARTHOLOMÆVS DE RVBEIS I.V.D. vitam cum Christi gratia diuturnam.



ON vacat mysterio (sapientiss. Princeps) quod de Hercule referunt historiæ, qui cum ad patriæ suę defensionem de manu Deorum arma sumpsisset (nā ab Apolline arcum, & sagittas; à Mercurio, gladium; à Minerua, clipeum acceperat) illi tamē in nobilitatis suæ signum, sola claua, quam ipsemet ex oleastro confecerat, et cuius beneficio immanem, & insuperabilem Leonem strauerat, concessa est; videlicet, vt hoc (ni fallor) exemplo, veram nobilitatem, non tam in rebus aliunde acceptis, quam in virtute, & proprio labore partis, collocandam significarent.

ficarent. Hoc idem ego de te, & merito quidem, dicendum esse censeo; si quidem, cum in te vno, eximia illa eluceant ornamenta, quæcumquè in Religiosissimo Sacrorum Antistite, magnoq; & Cardinali, & Principe exoptanda sunt, ob id veræ nobilitatis rarum exẽplar diceris, quare; miris efferre laudibus possunt alij Regiam familiæ tuæ claritatem; Alij maiorum tuorũ gloriam, & quæ Heroës illi, domi forisquè gesserant; Alij ingentes opes tuas, summam auctoritatem, singularem potentiam, & quæ luce ipsa meridiana clariora sunt, hoc est; vitæ tuæ candorem; litterarum, tum scholasticarum, tum positiuarum (vt vocant) scientiam; iustitiæ summam æquitatem; religionis, ac pietatis zelum; charitatis maximum ardorem, & id genus alia, quibus singulis vniuersos in tui amorem, atquè admirationem pertraxisti, vt non temerè omnes in te, veluti ad diuinum aliquod numen vultum, animumquè conuertant. Ego tamen, quòd in te præ omnibus istis laudandum maximè & suspiciendum esse iudico, illud est, quòd à præclaris viris, ac potissimũ ab Illustriss. D. DIONYSIO CONTARENO tui obsequẽtissimo, ac Patrono meo colendissimo de te sæpè ac sæpius audiui; singularis nempè benignitas tua, qua eos omnes, qui sacrarum litterarum studijs operã nauant complecteris, ac tueris; Religionis illius, & pietatis in Deum tuæ, non vulgare argumentum. Hæc vna potissimum effecit, vt cum ad excolendam

cordis


cordis fidelium terrā Verbi Dei semine, per sexdecim annos desudans, nunquam à prædicationis aratro manum amouissem, & in PATRIARCHALIS *Ecclesiæ* VENETIARVM *agro ingentem thesaurum inuenissem, illum tuis manibus, quibus cœlestia, & humana sapienter administras, libens meritò credere voluerim, quò eundem in ipsius Ecclesiæ Gazophilatio reponere, & custodire digneris. Tu igitur* CARDINALIS *amplissime, ea qua soles humanitate munus hoc perexiguum hilari fronte, vt accipias te exoro, licet enim meritis tuis impar sit, tamen illud Artaxersis Persarum Regis in mentem reuoca, sæpè dictitantis; Principum magnificentiam, non solum in eo esse, vt magna munera largirentur, sed vt benignè munuscula, licet exigua, à subditis oblata, reciperent. Quare non ad muneris paruitatem, sed ad animi magnitudinem (tu qui* PRINCEPS *optimus es) tanquam certissimum meæ seruitutis argumentum respicias, te vehementer exoro. Bene valeas semper felix.*



AD EVNDEM


CAROLVM MADRVCIVM CARDINALEM, PRINCIPEM.

Eiusdem Auctoris EPIGRAMMA.




AROLVS hęc verè PRINCEPS
MADRVCIVS in se,
Inq; suæ claro nomine Gentis habet.
Nimirum; *Veri cultor: Virtutis asylum:*
Cor populi: Romæ gloria: vita gregis:
Italiæ decus: Ingenij lux: Sidus honoris:
Vt *Miles Christi*, sic *Pietatis Apex:*
Cæleste os: Culmen meriti, Suadæq; medulla
Inclyta: præstanti *Dux bonitate Parens:*
Pastor Apostolicus: Splendor nitidissimus *Aulæ:*
Ecclesię fulcrum: Numen item *Patriæ:*
Orbis delitiæ: lex vitæ: Regula morum:
Spes inopum: Arx Fidei: Relligionis amor.
Magna hęc, quę dispersa queāt vel sīgula magnos,
Imò homines etiam reddere Semideos.
Verum cuncta eadem si iam claudantur in vno,
Ille alios inter, dic modo, quantus eris?

Candido Lectori.



ANDEM in lucem prodeunt HIEROGLYPHICA nostra SYMBOLA à multis non tam expectata, quàm assiduis ferè precibus efflagitata, quæ cum antea propter obtrectatorum inuidiam, quasi hominum conspectum reformidarent; hactenus delituerunt, & hoc erat in causa, vt eis sublata penitus in publicum exeundi facultas esset, quare in priuatis arculis, tanquam in densissimis tenebris, vel conclusa, vel sepulta perpetuo iacere debebant. Verum quorundam excellentium virorum cohortationes me de mea sententia detruserunt, qui cum aliqua ex eis degustassent, non solum hortati sunt, sed etiam, vt illa publici iuris facerem, prorsus impulerunt, nec maleuolorum obtrectationem pertimescendam esse dicebant, cum hoc commune malum sit, non modo infimis, ac de media plebe scriptoribus (qualis ego sum) sed etiam summis, ac præstantissimis, quasi quodam fato impendere videatur; Quin potius doctissimorum hominum iudicium spectandum; communique vtilitati consulendum, quam potissimum ego in his elucubrationibus propositam habuissem. His ego rationibus tandem adductus, vltro illis manum dedi, & HIEROGLYFICA hæc SYMBOLA è tenebris in lucem, atquè aspectum tuum proferre constitui. Quare si tibi non ingrata (vt spero) esse cognouero, alia hoc eodem ordine expectato; quæ Aduentus, ac totius anni; nec non Sanctorum Euangelia, eorumquè mysteria manifesta reddent. Te igitur (Amice Lector) vt illa qualiacumque sint, sereno vultu accipias, DEVMquè, ac DEIPARAM Virginem vt mihi tuis precibus concilies, etiam atquè etiam rogo.



Copia

GLI Eccellentissimi Signori Capi dell'Eccelso Conseglio di X. infrascritti hauuta fede dalli Signori Reformatori dello Studio di Padoua per relation à loro fatta dalli due à ciò deputati, cioè dal Reu. Padre Inquisitore,& dal circ. Secretario del Senato Gio. Marauegia, come nel libro intitolato *Hieroglyfica Symbola ex abditissimis Sacræ Scripturæ, &c. Auctore Bartholomęo de Rubeis*, non si troua cosa contra la forma delle Leggi, & esser degno di Stampa, concedono licentia, che possi esser stampato. Dat. die 4. Iunij 1612.

D. Bertuzzi Valier
D. Marco Triuisan } Capi dell'Eccelso Conselio di X.
D. Lunardo Mocenigo

Excelsi Consilij X. Secretarius
Io.Bap. Padauinus.


Imprimatur

Fr. Augustinus de Turre Inq. Veron.

GEMI-

AD BARTHOLOMÆVM RVBEVM
Virum præstantiss. ac Theol. summum.

Andreæ Chiochi Med. Veron. Acad. Philarm.



VALIA caudicibus sectis lapidosa rubescunt
Corna, vel aurato Poma colore nitent,
Vndè sibi dulces valeant conquirere succos,
Insita dum Matris læta fruuntur ope,
Sic Sacri eloquij vitalibus insita flammis
Symbola, sunt studio viuida facta tuo,
Quæ prius humanam referebant Scita Mineruam
Per te nunc referent tempus in omne Sacram.

ALIVD.

D*ichotomos micat, obtusis & cornibus Axem*
Obrepit tacito Cynthia pulchra pede;
Tum sibi Phœbea plenum de lampade lumen
Conciliat, clarium dum bibit ore suum,
Sic tua diuino decorata Emblemata Sole
Eximiũ effundunt BARTHOLOMEÆ Iubar.


Eiusdem

EIVSDEM.

Εἴτις μὲν Ρυβέυ περίπυστον κῦδος ἀείδων
    Πρόσφορα, καὶ κραδίης ἤθεα κεδνὰ θέλοι,
Νέστορος εὐεπίην, μῆτιν τ' Ἰθάκοιο ἄνακτος
    Ζεύσας, τῦ Ρυβέυ φέγγος ἕλοιτο κρίνων.

ἄλλο.

Νεύμασιν ἀφθόγγοισιν Ἔρως μάλα πολλὰ μετηῦδα
    Λαθριδίως μύθους, θηλύτερόν τε πόθον,
Νῦν σέα μαρμαρυγὴν φωνῆς χαρίεσσαν ἰάπτει
    Σύμβολα, καὶ χρίστου δαίδαλον ὕμνον ἔχει.



AD AVTOREM

Polycarpi Palermi I. C. Acad. Philarm.

EPIGRAMMA.



LOQVII ſacri reſeras arcana figuris
Symbolicis, mirá iungis & arte ſibi,
Argumentum ingens: miſces nec ſacra profanis,
Sed pietas ſcriptis ſpirat vtrinq; tuis.
Noxia non aliter ſucco perfuſa ſalubri
Pocula, quæ miſeris tam nocuere, iuuant.
Vilia miretur vulgus: tibi gloria prima
Sit RVBEE indicibus ſacra referre notis.

IN

N HIEROGLYFICA SYMBOLA R.D.Bartholomęi de Rubeis I.V.D.

IO. BAPT. CISANI.



PIRITVS æthereo SANCTVS delapsus Olympo
Te puro lustrat lumine, et intus agit.
Teq; extollit humo, & donat sublimia Cœli
Rimari, & mentem sydera ad vsq; rapit.
Nulla vt doctiloquè purissima gratia linguę
Par fluat eloquio, BARTHOLOMEÆ, tuo.
HALITVS iste vbicumq; afflat fit splendor Amoris
Æterni, arcana & dat reserare DEI.

ANTONII MELCHIORIS VOTVM.

IAM mihi ne tabulas quisquam cõmendet Apellis,
Qui pictis recreat lumina imaginibus.
Dulcia nec ventri iactet conuiuia Regis
Persarum, aut pulchros aurificum loculos.
BARTHOLOMEÆ, tuus pandit maiora libellus,
Abdita dum nobis Symbola nota facit:
Nanque auidam studio mentem delectat amico,
Quæ melior longè est lumine, ventre, abaco.
Hunc igitur meritò tabulis insignis Apellis.
Anteferam, Persæ lautitijs, loculis.

LECTOR. O. LECTOR.

NE. PERLEGAS. NISI. PRÆSCIAS.

QVÆ. REVERENTIA. QVÆ. RELIGIO.

HVIC. DEBEATVR. LIBELLO.

RE. ET. NOVITATE.

MAXVMO. OPTVMO.

HIEROGLYFICA. CONTINET. EXPLICATQ. EVANGELICA;

PIE. DOCTE. ELEGANTER.

CONCINNATA. EXPOSITA.

BARTHOLOMAEVS. RVBEVS.

PLENO. SAPIENS. PECTORE.

F.

BONO. CHRISTIANO.

IAM. LICET. PERLEGAS.

LECTOR. O' LECTOR.

FR. POLA. IVRISC. ACAD. PHIL.

SIC. EDICO. SIC. PRAEDICO.

HONORIS. CAVSSA. ET. AMORIS.

CIRCA.

AVCTOREM. BENEMERENTEM.

HIEROGLYFICA SYMBOLA

Ex abditissimis S. Scripturæ arcanis eruta,

ET

Singulis Quadragesimæ Euangelijs accõmodata.

AVCTORE

R. D. BARTHOLOMÆO DE RVBEIS I.V.D.

FERIA IV. CINERVM.

De Peccatoris CONVERSIONE ad DEVM, per cordis affectum, nec non per eius opera; ac potissimum, mediante IEIVNIO.

Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, &c.
Mat. Cap. VI.

SYMBOLVM


HELIOTROPIVM, quod iugiter cum SOLE vertitur:

NOEMA

TVVM EST.

THEMA

Ego DILECTO meo, & ad me CONVERSIO eius.
Cant. vij.



HELIOTROPIVM (experientia duce) herba est, quæ cum SOLE (etiam nubilo die) se circumagit, omnibusq; horis cum eo vertitur; hæc inquàm, ex terræ humiditate, per vaporis eleuationem, virtute SOLIS (quemadmodum aliæ herbæ) procreatur. Igitur mediantibus Solis radijs, vapor à terra educitur, ex quo Heliotropium postea generatur; Hoc idem de mystico Heliotropio (hoc est de Homine) dicendum est, qui à Sole

Symbolum prenunciatur Heliotropij proprietas.

Applicatio.

Christus Sol. Sole immateriali, de quo Ecclesia canit; *Sol iustitiæ Christus Dominus Deus noster* per gratiam à terra illa educitur, de qua Iob 10. dicebat; *Terra miseriæ, & tenebrarum; vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat*; Ad hanc inquam per peccatum ab eo perpetratum erat destinatus. Est enim quidam vapor à terra eleuatus, homo, iuxtà Simaci trãslationem, super illud psalmi 143. *Homo vanitati similis factus est*, qui legit, Homo, vapori similis factus est, qui quidem vapor, virtute Solis, idest Christi, à terra inferni per gratiam erutus est; Quare ipsemet Christus (vti Deus) ipsius hominis corpus de terra plasmauit, iuxtà illud Gen. 2. *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ*; Sicuti pia mater Ecclesia hodierno die, non sine mysterio creationis nostræ initium miserum nobis ad memoriam reducit; dum capiti nostro cineres imponit, illis verbis; *Memento homo, quia terra es, & in terram reuerteris*, prout etiam ipsam animam, corpus illud informantem (quæ rationalis est) ipsemet Sol Christus, (qui vt Deus eam de nihilo creauit) elargitus est. Producto igitur hoc Heliotropio, idest homine, quem virtute Baptismi in filium adoptauerat Deus, vsquè ad discretionis annos (quo sanè tempore bonum à malo discernere potest) veluti Heliotropium, ad Solem Christum, animæ suæ faciem conuertit; at suggerente Diabolo, cum in peccati foueam lapsus sit infelix homo, ac per consequens; Christo Soli terga vertere ausus fuerit (nam, Peccatum est auersio à summo bono, & conuersio ad creaturam,) Hinc est, quod eius diuino auxilio indiguit, vt per pœnitentiam, denuo ad ipsum faciem suam conuerteret, prout ipsemet per Ose. 13. testatum reliquit; *Perditio tua Israel ex te, tantummodo in me auxilium tuum*, Licet, etiam voluntatis nostræ placitum requiratur, nam; *Qui fecit te* (ait Diuus Augustinus) *non saluabit te sine te*. Quare, vt sciamus, quid à nobis requirat Sol Christus ad hoc, vt ad eum animæ nostræ faciem (veluti Heliotropium) conuertamus, Dialecticorum doctrinã obseruare debemus, dicentiũ, quod triplex est Conuersio; simplex, per accidens, & per contrapositionem. Conuersio simplex (inquiunt illi) est facere de subiecto prædicatum, & de prædicato subiectum, manente eadem qualitate, & quantitate. Ad quod præstandum Rex pęnitens, qui experientia id didicerat, nos docuit, illis verbis; *Declina à malo*, &

Terra pro Inferno accipitur

Homo vapor est.

Christus vt Deus corpus hominis condidit.

Ecclesia cur cineres super caput nostrum imponit.

Anima nostra à Deo creata.

Homo dum est in gratia faciẽ ad Deũ habet

Peccator Deo terga vertit.

Volũtas nostra requiritur in Conuersione.

Triplex Conuersio apud Logicum.

Conuersio simplex spiritualis qua.

& fac bonum. *Declina à malo*, ideſt à peccato (hoc eſt ſubiectũ) nam peccatum illud eſt, quod nos diuinæ iræ ſubiectos facit; hoc igitur ſubiectum, id eſt peccatum, deteſtandum eſt, ſed hoc non ſufficit, nam de ſubiecto (hoc eſt de malo) bonum (quod eſt prædicatum) à nobis faciendum eſt, & hoc bonum à nobis factũ, efficit, quod nomen noſtrum in cœli platea prædicatur coram Angelis, *qui lætantur ſuper peccatore pœnitentiam agente*. Hucuſq; igitur, ſubiecti in prædicatum habemus mutationem, dum à malo declinantes, bonum facimus. Verum enimuerò, quoniam hoc bonum ad vitam æternam conſequendam non valet, niſi radijs diuinæ gratiæ ſit irroratum; hinc eſt, quod, qui in cęlis pro æterni Dei filio, ab Angelis erat prædicatũ, ſubiectũ in terris fieri voluit, cum in temporis plenitudine; *Verbum caro factum eſt*, vt opera noſtra vitæ æternæ redderet meritoria; Quam mutationem prædicati in ſubiectum ab vnigenito Dei filio factam, Apoſtolus declarauit illis verbis: *Qui cum in forma Dei eſſet, &c.* (hoc eſt prędicatum) *ſemetipſum exinaniuit, & habitu inuentus eſt homo*, & hoc eſt ſubiectũ, Luc. 2. teſtante illis verbis *Et erat ſubditus illis*. Hac itaquè facta mutatione, nos omnes, qui peccato ſubiecti eramus, & per conſequẽs Diabolo, adoptauit in filios, & nobis; *Dedit poteſtatem filios Dei fieri*, qua filiatione mediante, prædicati ſumus in cęlis. Hucuſquè mutationem ſubiecti in prædicatum, quæ ad myſticum Heliotropium ſpectat, & prædicati in ſubiectum, quæ à Chriſto Sole facta eſt, habemus. Cum igitur à malo ad bonum mutati ſimus (quod bonum diuina mediante gratia, vitæ æternæ meritorium eſt) tunc eadem qualitas, & quantitas reperitur, quę in homine fideli erat, antequã peccaret; at poſt cõuerſionẽ ad Deum factã omni virtutũ genere, exornatur homo, & quantitas gratiæ tanta eſt, quæ ad æternam gloriam conſequẽdam ſufficit, & hoc de Conuerſione ſimplici ſufficiat. Quoad Conuerſionem per accidens ſpectat, eadem eſt cũ antedicta, ſed quantitas mutari debet, ideſt maior fieri, per eleemoſynarum elargitionem, quòd ad diuites & ad eos qui diuitijs, & opibus abundant, pertinet, nam quicquid poſt proprium, ſuæq; familiæ vſum, ſupereſt, pauperibus pro Chriſti amore erogandum eſt, & hæc eſt illa quãtitatis mutatio ſeù additamentũ, quod ab homine fideli per pœnitentiam ad Deum conuerſo, acquiritur, nam; *Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis*, & pro vno centum

Gratiã eſt neceſſaria in noſtris operibus.

Conuerſio per accidens ſpiritualis quomodo fieri debeat.

accipit,qui pauperum misericors est,præterquamquod , peccatis
resistit eleęmosina; nam;sicut aqua extinguit ignem,ita eleęmo-
sina resistit peccatis,quæ etiam ipsa mediante redimuntur, iuxtà
consilium Danielis Nabuchodonosorri datum. *Peccata tua eleę-
mosinis redime*. Hæc de conuersione per accidens à mystico He-
liotropio,ideſt à peccatore pęnitēte,ad Christum Solem faciēda.

Gratia efficacia ad tollenda peccata.

Ac demum ad perfectam cōuersionem requiritur Conuersio per
contrapositionē,quæ eodem modo fit,quo aliæ duæ,sed hac ad-
ditione, quod mutentur termini (mutatis terminis finitis in ter-

Conuersio per cōtrapositionē spiritualiter.

minos infinitos, ait Logicus) Quod sanè opus,& si prima facie
arduum appareat, tamen facillimè fieri potest, quia à nostra vo-
luntate pendet; hoc est,quod pęnitens,qui prius (dum in pecca-
to erat) omnes cordis sui affectus,& cogitationes circa tempora-
lia hæc (quæ finita sunt) habebat;solum ad cęli gloriam,quæ in
ęternum durabit,cor illius dirigat,& cum Rege pęnitente dicat;
Quid mihi est in cęlo,& à te,quid volui super terram? immò & cū
Apostolo; *Omnia arbitratus sum, vt stercora, vt Christum lucri-*

Peccatoris pœnitentis mutatio.

faciam. & eodēmet tempore, veluti alter Prometheus;de bruto,
Angelus fiet. Hæc igitur à quolibet peccatore pęnitente pręstan-
da sunt,nulla mora interposita. Quibus peractis, veluti Helio-
tropium ad Solem Christum conuertens se , dicere poterit, vt
Noëma huic Symbolo assignatum,habet, videlicet;

Noëma declaratur.

TVVM EST (Noëma enim est veluti anima; Symbolum verò tanquā
corpus) Tuum inquàm Est, Domine mi (dicere potest quilibet pęnitens)

Christus est principale Agens nostræ Cōuersionis.

qui Sol diceris,gratiæ tuæ radijs animæ meæ tenebras ad peccati detesta-
tionē illuminare;Tuum Est,qui prima causa es meæ conuersionis,& prin-
cipale Agens. Tuum Est fidem in corde meo infundere, qua verum bonū
cognoscam,voluntatē ad illud bonū diligēdum excitare;arbitrij libertatē
ad bona opera mouere; Tuum Est deniq;,animā hanc à te creatā,& pro-

Prima gratia non potest mereri.

prio sanguine redemptam , iustificare , virtutibusq; eam exornare , quod
excelsum opus męreri nullo modo possum,alioquin gratia,non esset gra-
tia.Mesiq;erit tuæ vocationi annuere,quod si pro tua benignitate,pijssime
Domine mi feceris,assumpti Thematis verba tunc lętus dicere potero;

Thema explicatur.

Ego DILECTO meo,& ad me CONVERSIO eius.quod dictū,adamussim

Pagninus. 70 Interpr.

Iustificationis meæ opus eximiū repræsentat,iuxta Pagnini interpretatio-
nē,dicentis,Ego dilecti mei sum,& ad me est desiderium eius, qui iugiter
meā salutē desideras,vel,vt,70. Interprętes vertunt Ego fraterno meo,&
super me Conuersio eius , quæ sane expositio vocationi , quam hodierno

Applicatio ad Euangelium.

die per Ioelem facis, valde quadrat,vnicuique fidelium dicens; *Conuer-
timini ad me in toto corde vestro, in Ieiunio* , De quo potissimum in Euange-
lio dicis, *Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & cet.*

FERIA V. CINERVM.

De Sancta FIDE.

Non inueni tantam FIDEM in Israel.
Mat. Cap. XII.

SYMBOLVM.


SCVTVM, quod hominem ab inimicorum ictibus defendit.

NOEMA.

ET CVM HOC, ET IN HOC.

THEMA.

In omnibus sumentes SCVTVM FIDEI.
Ephes. vi.



CVTVM, armorum genus est, quo pugnantis corpus tegitur, ne ab inimicorum ictibus feriatur, & olim L. Desertorem ff. de re militari; sancitum erat, quòd si forte miles in bello Scutum abijciens, fugiebat, vltimo supplicio mulctatus esset. Pro cuius consuetudinis comprobatione, de quodam Duce Thebano, nomine Epaminondas, Iustinus hist. l. 6. in fine, refert, quòd post tot, tantasq; partas victorias, extremo tempore, apud Mantineam, quæ Arcadiæ ciuitas est (postea Antigonia dicta) profecturus bellum, instructa acie, Ducisq; optimi officio fungi cum deberet, antequam equum conscenderet, à matre Spartana, SCVTVM ipsum, quo se ab inimicorum ictibus protegere debebat, his verbis accipit: Aut cum Hoc, aut in Hoc: ac si dixisset. Quod in lege statutum est, memor esto fili mi, etenim; Aut cum Hoc vinces; aut in Hoc morieris, prout exitus acta probauit, nam cum de inimicis victoriam consequutus esset, conflictus illius imminente fine, ac vulnere lætali percussus, semiuiuusq; in tentorio asportatus, viribus aliquantulum confirmatis, à commilitonibus requisiuit, num cum vulneratus cæcidit, illius SCVTVM e brachio pendens, & ipsum pariter ab eius latere euul-

Symbolum pronunciatur Scutum quid.

Scutum in bello abijciēs reus erat mortis.

Iustin hist.

Epaminondas Dux strenuus.

Dictum memoria dignum.

Epaminondas victor sed lethali vulnere percussus.

euulſum eſſet, quod cum ab eo nequaquam, nec per temporis momentum perexiguum ſeparatum eſſe intelligeret, illud ad ſeipſum afferri iuſſit, ac veluti laborum, gloriæquè ſuę comitem, ipſum deoſculari voluit, & non ſolum ob victoriam de inimicis habitam, verum, & hac de cauſa, lætus occubuit. Ità ſanè Chriſtus Dux noſter, qui; *Dominus exercituum* dicitur; *Dominus fortis, & potens*, *Dominus potens in prælio*, per matrem Eccleſiam, omnibus ijs, qui ſub Crucis vexillo militant, iuxtà doctrinam Iob. 7. *Militia eſt vita hominis ſuper terram*; vt Fidei, Scvtvm ſumant, quemadmodum Apoſtolus hortatur, vt in aſſumpto Themate; *In omnibus ſumentes Scutum Fidei*, eos hortatur, quo mediante; *Aduerſus Principes, & Poteſtates, aduerſus mundi Rectores tenebrarum harum*, victoriam conſequātur, prout in primitiua Eccleſia tot ſancti, hoc mirabili Scuto muniti, glorioſum ſanguinē fuderunt pro Domino, vndè Eccleſia canit; *Sancti per* Fidem *vicerunt Regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones, & ideò coronas triumphales mœruerunt de manu Dei, quoniam vnus ſpiritus, & vna* Fides *erat in eis*. Eſt enim cuilibet fideli neceſſaria hæc virtus, nam Apoſtolo teſte Hebr. 6. *Sine Fide impoſſibile eſt placere Deo*; Quæ quidem veritas, Philoſophi doctrina in prędic. c. de Sub. comprobari poteſt, dicentis: Ablatis primis ſubſtantijs impoſſibile eſt aliquid aliorum remanere. Nam Fide ablata, quæ eſt omnium virtutum fundamentum, ſpirituale ædificium omni ex parte coruit. Niſi Fides adſit, meriti quantitas, qualitas virtutum, & relatio amicitiæ ad Deum, immò & charitatis forma ipſa deficit. Atquè hinc eſt, quod Apoſtolus ad Hebr. 11. eam definiens, dixit. *Eſt autem Fides, ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium*. *Subſtantia* Fides vocatur (licet accidens ſit) ait D. Baſil. hom. 20. quia Sacræ Theologiæ primum principium eſt, cui (prout in alijs ſcientijs) oportet adiſcentem credere. Dicitur *Subſtantia* Fides, de ſententia Vgon. Card. à qua, quicquid nunc in floribus pollicetur, tandem ipſis fructibus conſequemur. Secundum D. Criſoſt. & Theof, placitum. Fides vocatur *Subſtantia*, quia tantū poteſt; quòd id, quod nō eſt; tamē per ipſam in corde, & in credentis intellectu illud verè, & realiter ſubſiſtit. *Subſtantia eſt* Fides, D. Anſelmo teſte, quia

Epaminonda lætitia morti proximus, qua — *Chriſtus Dux noſter.* — *Iob. 7.* — *Ephes. 6.* — *Sãcti Fidei clypeo muniti mirabilia fecerũt* — *Heb. 6.* — *Fidei neceſſitas.* — *Ariſt.* — *Fides eſt fundamētum omnium virtutū.* — *Heb. 11.* — *Fidei definitio* — *Fides quare dicatur Subſtantia ex D Baſil.* — *Vgo Card.* — *D. Criſoſt.* — *D. Anſel.*

eſt

est tam firmus assensus, quod quantum in futurum speratur, nunc in Fidei speculo à nobis cernitur. Secundum Gaietani opinionem, Fides; *Substantia* dicitur, quia nos substentat, ne in via sperando, deficiamus. Ex quibus nobis colligere licet, in definitione hac Fidei, ab Apostolo assignata, substantiam non debere accipi pro materia, aut forma, aut composito (his enim tribus modis substantia ab accidente distinguitur) neque pro essentia sumitur, cum essentia sit eadem, cuius est essentia; Fides verò ab ijs, quæ sperantur, admodum diuersa est; Quare pro certo habendum est, Substantiam hoc in loco, non propriè, sed transsumptiuè, seu metaphoricè, esse sumendam, quatenus ipsa est totius fabricæ spiritualis, basis ac fundamentum. Nec in ipsius Fidei definitione Apostolus dixit, quod Fides sit *Substantia* credendarum, vel amandarum rerum, eò magis, cum charitas sit omnium virtutum Regina, sed tantum dixit; *Sperandarum rerum*; Fidei finem attendens, qui ad Spem spectat, & quia in fine (teste Philosopho) ea omnia continentur, quæ ad ipsum finem sunt ordinata, ob id dicens Apost. quod *Fides est Substantia sperandarum rerum*, etiam ea, quæ nunc sperantur, comprehendit. Prout etiam verbum illud in ipsamet definitione contentum, (hoc est *argumentum*) metaphoricè sumendum est, non enim *argumentum* eò loci, pro syllogismo, aut inductione, enthimemate, exemplovè; aut pro medio termino intelligendum est, sed quatenus *argumentum* (modis superius dictis) nihil aliud significat, quàm arguens mentem, quia ex præmissarum cognitione, intellectus, propositioni prius non cognitæ, assentiri cogitur; ità Chatolica Fides, fidelium mentem arguit, adeò vt id quod, nec videre, aut inuenire; immò quod vix cogitare possumus, ipsa efficit, quod de eo certi scimus. Vndè Ecclesia canit; *Quòd non capis, quod non vides, animosa firmat Fides, præter rerum ordinem.* Est etiam *argumentum non apparentium Fides*, Nam quæ apparent, non creduntur, sed de his scientia habetur, Et scientia euacuat Fidem; quamuis ea, quæ credimus magis fidelibus innotescant, quam si mathematicis demostrationibus, & proprijs oculis, illa viderent. Quod medium ab ipsomet Fidei auctore Christo adinuentum est, vt meritum nostrum magis, ac magis augeretur, Hoc itaq;

Gaiet.

Substantia quomodo accipiatur in definitione Fidei.

Substātia metaphoricè sumitur.

Dubium.

Solutio.

Arist. in 2. phis.

Argumentum quomodo accipiatur in definitione Fidei.

Fidei vis.

Verbum non apparentium quomodo accipiatur.

Fidei Scuto vnusquisquè Fidelis munitus esse debet, cui, vt Noëma habet, dicitur.

Noëma declaratur.

Et cvm hoc, et in hoc; idest Cvm hoc Fidei Scvto, dum huius lucis vsura fruar (vnusquisquè Fidelis dicere debet) in hac vita, quæ est *Militia super terram*, Deo meo seruiam. Et in hoc, idest in Catholica Fide, extremam vitæ meæ lineam terminare intendo, quare, & sanguinem proprium pro ea (si opus erit) fundere sum paratus, &, vt in assumpto Themate, iuxtà Apostoli consilium.


Fidei necessitas dum viuimus.

Thema explicatur.

In omnibvs svmens Scvtvm Fidei, hoc mihi præceptum esse, statuo, quare; siuè Diabolus suggestionum sagittis, cor meum vulnerare velit; siuè caro illecebrarum ictibus me feriat, siuè Mundus suis blanditijs me ad eum trahere studeat; In omnibvs svmam Scvtvm Fidei, quo mediate, *Omnia tela nequissimi ignea extinguere potero* (vt ipsemet Apostol. affirmat) ac demum hoc Scuto munitus (veluti alter Epaminondas) gloriosè moriar, quare tunc; verba Psal. 8. dicere potero; *Domine. vt Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti me.*

Et dum in hoc conflictu pugnabo, non minoris laudis, quam Centurio hodie consequutus est, ego dignus ero, ad cuius laudem ipsemet Dei filius dixit; *Non inueni tantam Fidem in Israel*, vt in Euangelio:

Applicatio ad Euangelium.



FERIA

FERIA VI. CINERVM.

De Inimicorum dilectione.

Ego autem dico vobis, Diligite Inimicos vestros.
Mat. V.

SYMBOLVM.

SILEX, ex quo IGNIS latens FERRO excutitur.

NOEMA.

NON SINE ICTV.

THEMA.

Dabit pro terra SILICEM, & pro SILICE torrentes aureos.
Job. xxij.

Symbolum pronunciatur
Silex quid.



ILEX, lapis durus est, ex quo ignis excuti solet, & sic nuncupatur; vel quod ignis ex eo saliat, vel quòd silentem intrà se ignem habeat, qui attritu excitatur, quare à vulgo, lapis viuus, (ad illorum lapidum differentiam, qui mortui dicuntur) nuncupari solet. Christus verus Deus, & verus Homo, *Lapis angularis* ab Apostolo vocatus est, sed viuus lapis erat, ipsomet testante; *Ego sum Via, Veritas, & Vita*, qui naturam diuinam, & humanam, in diuini suppositi vnitate habens coniunctam, ignem intra se latentem habebat, cum de ipso Deuteron. 4. dicatur; *Deus noster ignis consummens est*, quare meritò SILICIS nomine gaudere debet. Ignis enim, qui in eo latebat erat eximius erga nos amor, quo mediante de cœlo descendens in hunc mundum, amoris sui ignem in cordis nostri terrâ desertam effudit, dicens; Luc. 12. *Ignem veni mittere in terram; & quid volo nisi, vt ardeat?* Verum, quoniam ignis iste amoris erga Deum in corde pec-

Applicatio.
Christus lapis viuus dicitur.
Deut. 4.
Ignis diuinitatis typus est.
Luc. 12.

catoris per peccati malitiā extinctus est; ideò, quamuis Christi sectator sit dictus (qui lapis viuus est) tamen propter culpam, lapis mortuus dicendus est, & aptissimum Symbolum est, ad illius exprimendam malitiam, qua sanè similitudine, ipsimet Ethnici vsi sunt, vnde Terent. in Hea. vt negligentem quendam, & stupidum significaret, quiquè ad id agendum, quòd maximè oportebat, non mouebatur, ei dixit; Hei, quid stas lapis? est enim lapidis proprietas hæc, à natura ei indita, vt deorsum semper tendat; hoc idem de peccatore dicendum est, qui vltra naturam ipsam, quam propter primorum parentum delictum, pronam habet ad malum, addita insuper ipsamet peccandi consuetudine (quę est altera natura) deorsum iugiter (hoc est ad malum perpetrandum) propensus; demum illum deorsum ad tartara trahit, quare mirum non est si leuis iniuriæ ferro ab aliquo percussus, dum huius lucis vsura fruitur, tanquam si lapis mortuus esset, nec vllus amoris igniculus ab eo excutitur, cor habens lapideum; verum enimuerò si cor carneum, (diuina clementia) ei detur, licet varijs persecutionum ictibus percutiatur, tamen SILEX, & viuus lapis factus, amoris scintillas vndequaque emittit, non solum inimicos diligendo, vt à mystico Silice Christo, viuo lapide, præceptum est, verum etiam eis benefaciendo, & pro eis orando. Quam sanè doctrinam, ipsemet (vt nobis exemplum daret) factis nos docuit, votis Dauidis tunc satisfaciendo, qui dixerat; *Exurge Domine in præcepto, quod mandasti*; (Etenim de diligendorum inimicorum præcepto, sensui repugnante, loquebatur Regius Psaltes) quare dum assumpta carne, Increatum Verbum in terris conuersatus est, vt homo, quantò magis persecutionum, & contumeliarum ictibus erat percussus, eò magis, veluti Silex percussus, amoris igniculi erga inimicos suos ex eo emanabant, quapropter in Cruce suspensus, & à planta pedis vsquè ad verticem summum percussus, patrem ipsum pro inimicis exorare non est oblitus, nobis præbens exemplum, vt *Quemadmodum ille fecit, & nos faciamus*; quare proposito SYMBOLO, NOEMA illi conuenire perspicuum est, videlicet.

Peccator lapis mortuus dici debet.

Terent.

Lapidis proprietas.

Applicatio.

Peccator pœnitens Silex efficitur.

Dauidis præcatio.

Christus tanquam Silex amoris igniculo.

NON


NON SINE ICTV. Conueniunt enim SILEX, & lapis mortuus in hoc, quod extrinsecè vterque exsiccatus, aridus est, & ad contactum frigidus; Verum si FERRO, aut Chalybe ambo sint percussi; à SILICE igniculos circumcirca euolare cernimus, à lapide verò mortuo, nihil exire conspicimus. Ità sanè de peccatore, qui (vt supra diximus) Lapis mortuus est, & de homine iusto (qui pars est SILICIS Christi) dicendum esse existimo; nam si peccator (tanquam lapis mortuus) alicuius iniuriæ FERRO tangatur, nullam ab eo diuini amoris scintillam emanare videmus, quin potius per impatientiam, in plures partes scinditur, & ruderibus, quæ ab illo remouentur, hunc illumquè (hoc est verbis, & verberibus) percutit. At si Chalybe, FERRO uè, SILEX (idest iustus) siuè leui, siuè graui contumeliæ ictu tangatur, illicò ab eo latens ignis diuini amoris, hinc inde exit; Inimicos diligendo, eis benefaciendo, &, pro eis orando, quare præmium à Christo promissum in hodierno Euangelio consequitur, quòd est; *Vt sitis filijs patris vestri, qui in Cœlis est*, & ità sequitur, quòd cum ipsomet Christo Iustus, vnus efficitur. Hunc inquam diuinum effectum, natura ipsa nobis manifestauit, vt reffert Vgo de Sancto Victore lib. 2. de Instit. mon. cap. 29. qui dicit, quòd in quodam monte Orientali, duo lapides inueniuntur, nomine Chirobolis, quorum alter alteri occurrit, qui simul coniuncti, tantum ignem emittunt, quòd ea omnia, quæ circumcirca se habent, incendio consummunt. Christus (vt dictum est) lapis est viuus, per quem omne viuens viuit, qui dono suæ gratiæ ad nos venit, quare cum eo per amorem coniungimur, ex quo sequitur, quod non solum erga eum, tunc amoris igne inflammamur, verum etiam proximum, immò & ipsos inimicos (propter illum) DILIGIMVS. Quo quidem tempore verba, quæ in assumpto THEMATE fuerunt annotata, adimplentur.

Nomen declaratur. *Conuenientia Silicis, & aliorum lapidum.* *Applicatio ad hominem iustum, & ad peccatorem.* *Inimicum diligentibus præmium.* *Vgo de S. Vict.* *Chirobolis natura.* *Applicatio.*

DABIT PRO TERRA SILICEM. Nam paulo superius, ibi legitur; *Suscipe ex ore eius legem, & pone sermones eius* *Thema explicatur.*

in corde tuo. Hæc inquàm eſt illa lex à Chriſto pronuntiata de inimicorum dilectione dicens. *Ego autem dico vobis DILIGITE INIMICOS veſtros*, vt in hodierno Euangelio, hanc inquam legem in cordis noſtri tabulas, ſcriptam habere debemus; *Vt ſimus filij patris, qui in Cælis eſt*, tunc enim cordis noſtri terra (per peccatum maledicta) ſanctificabitur, & virtute radiorum Solis diuinæ gratiæ SILEX efficietur, ex quo amoris igniculi erga Deum, & proximum circumquaquè ſcintillabunt, & pro SILICE, ideſt ob hanc inimicorum dilectionem; *Torrentes aureos* æternæ gloriæ conſequemur nos fideles, & erimus tunc *Filij Patris noſtri, qui in Cælis eſt*, vt in Euangelio.

Lex Amoris à Chriſto promulgata.



DO-

DOMINICA PRIMA.

De DVELLO inter Christum, & Diabolum.

Ductus est Iesus in Desertum à Spiritu, vt tentaretur à Diabolo.
Math. IV.

SYMBOLVM.

SOL oriens, cui diuersæ NVBECVLÆ ex aduersò stant.

NOEMA.

SPLENDOR EX ME.

THEMA.

Opposuisti NVBEM tibi.
Thren. iij.



SOL iste materialis (sic dictus, quasi solus, quod vnus sit, & non plures) à summo opifice DEO, quarto die creatus; temporum dispensator est, quiquè suo aduentu diem, recessu verò noctem efficere, in dies experimur, tanta insuper claritate pollet, vt cum exoritur (omnibus alijs luminibus obscuratis) ipse solus lucet, quibus cunctis lucem suam impartitur, quare inter astra, solus principatum obtinet; cuius præconia à Diuo Ambrosio in Examer. referuntur, his verbis: SOL est oculus mundi, iucunditas diei, pulchritudo cœli, mensura temporum, virtus, & vigor omnium stellarum. Hæc ille. Sed aliquando accidit, quod ipso exoriente; quædam Nubeculæ eius luci se opponant (est enim Nubes vapor quidam humidus, & densus in sublime elatus, qua sanè densitate mediante SOLIS radij, vt plurimum obscuran-

Symbolum pronunciatur SOL quid.

Solis præconia.

Nubes quid sit.

Sol vnde dictus

rantur) vnde, & nomen accepisse creditur nubes à nubendo, scilicet, quod Solem obnubat, & tegat. SOLEM igitur hunc materialem, Ægyptij tanquam Deum adorauisse, referunt historiæ: Error sanè maximus is fuit, statuam pro ipso Artifice colentes, nam Platone teste; SOL est statua Dei in hoc mundano templo; sed magis tolerabilis, respectu eorum, qui lapides, ligna, animalia, immò ipsos Demones adorabant.

Error Ægyptiorum.

Plato.

Sol materialis Christi typus est.

Nos verò fidei lumine illustrati, hunc SOLEM materialem, qui super nos quotidiè oritur, Christi typum expressum esse fatemur, de quo Ecclesia canit; *Sol iustitiæ Christus Deus noster*, vt in fer. 4. Cin. diximus. propter proprietates, & effectus quamplurimos, quos inter SOLEM mysticum, & hunc corporeum esse comprobamus. NVBECVLA maior, quæ CHRISTO SOLI, vnigenito DEI filio, ex aduerso stetit, Lucifer fuit (Nubecula enim per translationem, vt Cicero in Piso. affirmat, pro aduersante accipitur) sicuti Lucifer, Christo tanquam Deo in suæ creationis exordio aduersari cępit, vnà cum eius sequacibus. Quibus omnibus cum parua temporis morula eis esset data, in qua se totos diuino mancipare debebant obsequio, vt hac deuota mentis obligatione, gloriam, qua boni nunc fruuntur, omnes promereri possent; Lucifer verò, qui primus omnium creatus erat, in superbiam elatus, toto virium conatu Deo aduersari cœpit, dicens. *Super astra Dei ascendam, & exaltabo solium meum, & ero similis altissimo.* Isa. 14. In hanc eandem sententiam alios innumerabiles deuenisse, Apocalipsis 12. reffert sub Draconis metaphora, qui; *Cauda eius, trahebat tertiam partem stellarum Cęli, & misit eas in terram.* Luciferum, & socios suos diuinæ voluntati aduersantes, innuere volens. Quare (veluti SOL, qui radijs suis NVBECVLAS ferit; alias rubeum, alias nigrum, alias verò colorem auri, accipere cernimus.) Ità sanè de mystico SOLE dicendum est, qui NVBES feriens, illas multicolores reddit, sic infinitus ille Angelorum numerus, Nubium nomine à Regio Psalte vocati, psalm. 103. *Qui ponis Nubem assensum tuum;* varios colores assumpsisse, perspicuum est. Erubuerunt ij, qui ira accensi,

Lu ciferi malitia.

Morula Angelis data ad merendum.

Lucifer primus creatus.

Superbia Luciferi.

Apoc. 12.

Solis effectus circa Nubes.

Angeli Nubes appellantur.

eo-

eorum mentem à Deo auerterunt. Obscurati sunt illi, qui in primo instanti, diuinæ voluntati (pro viribus) contradicere statuerunt. Auri colorem, ipso SOLI similem, assumpserunt ij, qui ob tanti beneficij accepti gratitudinem, Dei voluntati suam propriam, omnino subiecerunt, quorum Michael, illius cœlestis militiæ Princeps, constitutus est, quare meritò Christus tanquam verus Deus, qui SOL *iustitiæ* est nuncupatus, dicere potest. *Applicatio.* *Michael cœlestis militiæ Princeps.*

SPLENDOR EX ME (quòd est præsentis SYMBOLI appropriatum NOEMA, ac si dixisset Lucifero, cæterisque Apostaticis Angelis. Non enim tot tantaque dona in vestra creatione vobis collata, debebant esse in causa, quòd vos meæ æquissimæ voluntati aduersari deberetis; Etenim veluti SOL, omni luce affluens, omnis gratiæ, & gloriæ SPLENDOR EX ME, exit, & perfida voluntate vestra, omni ingratitudinis nota signati (veluti NVBES nigerrimæ) gratiæ meæ radijs, ex aduerso stetistis, hac quippè de causa è cœlo eijciemini, & in profundum Abyssi (*Vbi sempiternus horror inhabitat*) eritis constricti, quare ad manifestandum hoc superbiæ peccatum, quod à Lucifero ortum duxit, appotissima est NVBIS similitudo, vt in assumpto THEMATE. *Noema declaratur.* *Luciferi & sociorum ingratitudo.* *Superbia à Lucifero ortum duxit.*

OPPOSVISTI NVBEM TIBI (hoc est) non aliundè sciscitari opus est; O' superbe Lucifer, cur SOLIS diuini SPLENDOR, te non illuminauerit, nam peccati superbiæ NVBEM, tibi opposuisti. Appotissima inquàm (vt diximus) est hæc similitudo; nam quemadmodum NVBES vapor est in altum elatus; sic superbiæ peccatum (quod à Lucifero initium habuit, cum dixit; *Ascendam in Cœlum, & ero similis altissimo*) cum à lumine rationis superbiæ Nubes illa non esset soluta, per suimet cognitionem; cum & ipse creatus à Deo esset; hac quippe de causa, eò quòd suo Creatori ex aduerso stetisset, tanquàm nigerrima Nubes Deo se opposuit; vndè merito *Princeps tenebra-* *Thema explicatur.* *Nubis generatio superbiæ applicata.* *Lucifer è cœlo eijcitur.*

Lucifer cur Christus tentauerit.

nebrarum ab Apostolo vocatus est; quare è cœlo eiectus, *Nunquam in eo locus amplius inuentus est.* Anceps igitur, an Christus esset verus Dei filius, nec ne; quo mediante diuina voluntas iamdiù pronunciata de carnis nostræ assumptione, in diuini suppositi vnitate, adimplenda erat, vt de hoc periculum faceret, hodierno die, cum adhoritur, dicens; *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant; mitte te deorsum; Hac omnia tibi dabo, si cadens in terra adoraueris me*, vt in Euangelio.



FERIA

FERIA II. PRIMÆ.

De Vniuersali Iudicio.

Cum venerit Filius Hominis in maiestate sua.
Mat. XXV.

SYMBOLVM.

Duæ MANVS extensæ, vulnera transfixa.

NOEMA.

COMPLICATIS, PERCVTE.

THEMA.

Melius est vt incidam in MANVS Domini; multæ enim misericordiæ eius sunt, quàm in manus hominum.
ij. Reg. xxiij.



MANVS à manando dicitur, vel quia ex brachijs manat, vel quod ex ea emanant digiti. Quouis modo MANVM accipiamus, appositè, Incarnato Verbo MANVS nomen conuenire fatemur; Quo inquam nomine, Sancti Patres, (de ipsius Filij Dei aduentu in carne; maximo affecti desiderio) illum appellauere, qui summis precibus Deum exorantes, clamabant; *Mitte MANVM tuam de alto. Fiat MANVS tua, vt saluet me*; & alibi. Hæc inquàm MANVS (idest æterni Patris Filius) à manando dicitur, qui per æternam generationem, ab intellectu patris, emanat; Quòd si in alio sensu MANVM accipiamus, quatenus ab ea digiti emanant, cum digitorum nomine, opera ardua, ac difficilia intelligantur; vt Prouer. 31. *MANVM suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum*; Quis ex tribus diuinis personis, opus illud ineffabile, & arduum Incarnationis subijt, nisi persona filij?

Symbolum pronunciatur. Manus vnde dicta.

Verbū increatum Manus dicitur.

Cur Verbum Increatum Manus dicitur

Manus nomine opera difficilia significantur.

Solus filius terminative Incarnationis opus perfecit.

Christus dupliei de caussa Manus dicitur.

Prima causa.

Quinque operationes eximie Christi.

filij? Effectiuè enim (ait Theologus) omnes tres personæ diuinæ Incarnationis mysterium operatæ sunt, at terminatiuè, solus filius carnem nostram assumpsit. Hac igitur duplici de causa, vnigenitus Dei filius MANVS fuit nuncupatus, qui ad totius generis humani Redemptionem absoluendam; Quinque eximias operationes (inter innumeras alias) gloriosè præstitit (& sunt tanquam quinque digiti ab hac potenti MANV exeuntes) Natiuitas (videlicet) Circumcisio, Vitæ sanctitas, Passio, & acerba Mors; quibus mediantibus, *Exemplum nobis dedit, vt quemadmodum ipse fecit, & nos faciamus;* Nam in Natiuitate, pauperiem; in Circuncisione, humilitatem; in Vitæ curriculo, sanctitatem; in Passione, patientiam, & in Morte charitatem summam nobis demonstrauit, licet alia de causa, (*Verbum caro factum*) MANVS dicitur, etenim, sicuti medianto MANV, aliquis alium percutit, vel à percussione liberatur, ità sanè Christus (qui MANVS est nuncupatus) cum Iudex viuorum, & mortuorum sit à Deo constitutus, in nouissimo die, iustitiæ suæ MANV, peccatores percutiet, quando dicet; *Ite maledicti in ignem æternum;* Iustos vero à tot tantisquè periculis, quibus eò vsque vexati fuere, misericordiæ suæ MANV eos liberabit, cum dicet; *Venite benedicti patris mei, percipite Regnum vobis paratum ab origine mundi.* In hac præsenti vita, dùm nobis aliquam pœnam infligit Christus, extensas dicimus habere MANVS, quia nullum, aut modicum malum nobis infert, veluti is, qui extensa manu alium percutit, at si eam habet complicatam, & illum percutiat, magnum (patiens) recipit detrimentum. In Iudicij die, hæ Manus complicabuntur ad vindictam, ita quòd percussio illa admodum grauis erit, quare multo melius est, vt dum viuimus, MANVS hæ, ad infligendam pœnam complicentur, iuxtà NOEMA, huic SYMBOLO præscriptum, quod est.

Secunda causa

Manu alium percutimus.

Christus in præsenti vita dicitur habere Manus extensas.

Christus in die Iudicij Manus complicabit.

Noëma declaratur.

COMPLICATIS PERCVTE, intellige (nunc) nec tardare velis, (te deprecor pijssime Domine) vsque in nouis-

nouissimo die, quia tunc temporis, pœna erit æterna, ideò, dùm huius lucis vsura fruor, te exoro, vt COMPLICATIS (supple MANIBVS) me percutias, quia licet diuitias, honores, sanitatem, & id genus alia, mihi auferas (prout Iob expertus est, qui dicebat; *MANVS Domini tetigit me*) tamen, cum pœna hæc sit ad tempus, pro nihilo à me habebitur. Adde; quòd cum vsquè ad diem Iudicij, Aduocati officio fungatur Christus, iuxtà Apostolicam doctrinam; *Aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum*, & cet. cum aliquando, Iudicis officium exercere vult, pœnam alicui infligendo, si habet MANVS extensas, & eas complicare velit, quæ in passione, clauis fuerunt transfixæ, doloris, iam in Cruce habiti (vt hominem redimeret), recordatur, quare etiam circa punitionem temporalem infligendam, misericordiæ recordatus, leuiter punit. Immò, cum electorum suorum nomina in proprijs manibus, clauorum stylo habeat descripta, ipsomet per Isai. 49. testante; *Ecce in manibus meis descripsi te*, ne deleantur, (vt ita dicam) licet; COMPLICATIS MANIBVS, nos percutiat, momentanea, & leuis pœna illa semper est, quare vt in assumpto THEMATE.

Iob exemplum

Christus est Aduocatus vsque ad Iudicij diē exclusiuè.

Christus leniter nos punit dum sumus in mundo.

Electi in Christi Manu scripti.

Melius est incidere in MANVS Domini, quam in Manus hominum, quoniam multæ misericordiæ eius (dicebat Rex pœnitens) Cui optio data erat (ipsomet Deo iubente) vt vnum ex tribus malis sibi, per Gad Prophetam propositis, propter animi sui elationem, eligeret. *Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua*, (sic S. historia reffert) *aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, & illi te persequentur; aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua.* qui per aliquod temporis spatium animo suspensus, respondit; *Coartor nimis. Sed melius est, vt incidam in MANVS Domini, multæ enim misericordiæ eius:* Recordabatur enim, duo prima mala (nempe fames, & bellum) esse in hominum potestate, qui vt plurimum, immanissimis bestijs crudeliores sunt; tertium vero in Dei MANV esse; *Cuius proprium est misereri, & parcere*; ob id; tertium hoc malum elegit, videlicet

Thema explicatur.

Pœna triplex Dauid proposita.

Homo crudelis


Deus misericors.

epidimiæ morbum, quo mediante (in populo) Rex punitus est, sed (vt ibi legitur) Misertus est Dominus, & Angelo percutienti populum, dixit; *Sufficit, nunc contine MANVM tuam.* Ita nos, qui quotidie peccatum peccato adijcientes, Christum ad vindictam concitamus, ne pœnam differat vsque in diem Iudicij, sed nunc; COMPLICATIS MANIBVS, nos puniat; exorare debemus, nam in nouissimo die; *Horrendum est incidere in MANVS Dei viuentis;* (Minabatur Apostolus Hebreos) quia tunc temporis, MANVS illius valdè aggrauabuntur, quare, vt has subterfugere valeamus, ad Deum illum, qui in Crucis patibulo in die Parasceue mortuus est, confugere debet quilibet fidelis, ad delictorum suorum veniam impetrandam; nam etsi; COMPLICATIS MANIBVS, pœna ei erit inflicta, tamen illius miserebitur, quoniam semper punit citrà condignum, siuè in hoc, siuè in futuro sęculo; sicut vltrà condignum iustis mercedem tribuit, quibus (vt in hodierno Euangelio legitur, ait. *Venite benedicti Patris mei, possidete Regnum vobis paratum ab origine mundi.*

Sanum consilium.

Christus est Deus mortuus.

Deus punit citrà condignũ. Deus præmiat vltra condignum.



FERIA

FERIA III. PRIMÆ.

De vniuersali COMMOTIONE ob Christi aduentum.

Cum intrasset Iesus Hierosolymam; Commota est vniuersa Ciuitas.
Mat. XXI.

SYMBOLVM.

SOL ECLIPSATVS.

NOEMA.

E COELO DECOR.

THEMA.

Orietur vobis timentibus nomen Domini, SOL Iustitiæ.
Malach. iiij.



CLIPSIM; aliquando SOLEM pati (experientia duce) compertum est; nam Plinio teste l. 2. Hist. c. 9. SOL Lunæ interuentu, aliquando occultatur. Est autem ECLIPSIS interpositio Lunæ inter Solem, & terram. Christum Iustitiæ SOLEM esse, iam diximus, qui antequam humanam carnem hanc nostram assumeret, nunquam passus est, ECLIPSIM, impassibilis nanq;, & immutabilis est Deus, prout ipsemet per Malach. 3. testatũ reliquit his verbis; *Ego Deus, & non mutor*; at postquam; *Verbum caro factum, & habitu inuentus est, vt homo*; facto miraculo; ne ipsius animæ beatę gloria, in corpus assumptum redundaret, passibilis, & mutabilis, immò, & mortalis factus est, Diuo Augustino teste, qui dixit; quòd facto miraculo (paulo superius dicto) necessitatem

Symbolum pronunciatur. Eclipsis quomodo fiat.

Miraculum à Christo factũ, vt posset pati, ac mori.

sitatem habuit moriendi, & per consequens, naturæ defectibus (à peccati conditionibus tamen prorsus alienis) subiectus extitit, quare veluti; SOL ECLIPSATVS, in hac amplissima Hierusalem huiusce mundi apparuit, & quemadmodum Lunæ interuentu, Solares radij occultantur, & illicò defectus in SOLE causatur; ità sanè, carne nostra assumpta, mundum hunc ingrediens; diuinitatis radijs, nec non animę gloria occultata, veluti SOL ECLIPSATVS, oculis hominum se præbuit exterius, mortalis, & infirmus, licet in eo (vt homo) omnis gratiæ plenitudo adhuc esset, de qua Ioan. primo. *Vidimus eum plenum gratiæ, & veritatis*, iuxtà promissum iam diù hominibus factum ab ipsomet Deo, vt in assumpto THEMATE. *At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum*; Galat. 4. de quo Ecclesia canit; *Orietur sicut SOL Saluator mundi*, qui veluti si Eclipsatus esset in mundo apparens; *Commota est vniuersa Ciuitas*, propter inusitata prodigia, quæ fieri videbantur à rebus creatis, in honorem sui Creatoris, qui; etsì carnis nostræ veste indutus; *conuersatus est, vt homo*, tamen natura diuina (quæ in proprio supposito erat) nihil de propria excellentia perdidit, quare meritò propositum NOEMA ei conuenit.

Christus quomodo Eclipsim passus est.

Christus Sol Iustitiæ Eclipsatus est.

E' COELO DECOR (intellige) latet, nam propter humanæ naturæ assumptionem, diuina natura non est mutata, sed in suo esse remansit, licet humanitas passibilis, post miraculum facta sit, & mortalis. Quæ sanè vnio, à Theologis maxima vnionum vocata, per alphabetu litteras potest declarari. Quinque etenim sunt vocales (ait Grammaticus) per se sonum facientes, omnibus notæ; a, e, i, o, u. Consonantes verò aliæ, & plures sunt; quælibet vocalis, per se sonum facit, & quasi vnam personam, quia per se sonat: Inter has autem litteras fit coniunctio, & vnio, & noua sillaba constituitur, quia duæ vocales possunt adinuicem coniungi, & vnā sillabam facere, sicuti vocalis cum consonanti vnam sillabam facit. Per istas cōiunctiones, & vniones, SOLIS ECLIPSATI mysterium, idest coniunctionem, & vnionem diuinæ naturæ

Noëma declaratur.

Vnio duarum naturarum in Christo per exemplum declarata.

Applicatio:

&

& humanæ in vno suppofito, manifestare possumus, etenim; ex illis quinque vocalibus; tres earum sunt, quæ nunquam sonum suum perdunt, & pœnitus immutabiles sunt, scilicet; a; e; & o; & tres personas in diuinis; Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, omnino immutabiles, significare possunt: Aliæ verò duæ vocales; i; & ; u; cum in consonantis litteræ sonum mutari possint, fit; vt sonum suum amittant, & mutationi sint obnoxiæ, quæ, duas naturas, seù personas creatas, Angelicam, videlicet, & humanam significare possunt; I, enim Angelicam naturam (quæ simplex est, & corporis expers) V, verò humanam significare potest duas habens partes, animam, & corpus, quasi duas tibias, quę in se mutabiles sunt. Quemadmodum igitur, quinque vocales sunt; ità totidem personas esse dicimus; Patris, Filij, & Spiritus Sancti (& sunt tres personæ omninò immutabiles) Angeli, & hominis, personas, seù naturas, ex seipsis mutabiles. His sic stantibus, dicere possumus, quòd sicuti vna vocalis immutabilis, aliam vocalem ad se mutabilem suscipere potest (& vna sillaba fit, & quasi vnus sonus) & quælibet ex eis, suam seruat naturam, quia vocalis remanet (vt patet dicendo, au; eu; & ou) sic, persona diuina, quæ immutabilis est, humanam naturam mutabilem ad se suscipere poterit, absquè suipsius mutatione, ita quod duæ naturæ in vna persona sint, & quęlibet illarum, suam propriam naturam seruet, ità quòd tum diuina, tum humana natura in suo esse remanebit, & sicuti; vna trium vocalium supradictarum, a; e; &, o, (quæ omninò immutabiles sunt) quando hanc vocalem u, (quæ mutabilis est) suscipit, facit per se sonum; sed tamen nondum est, V, sed in puncto dum, V, formatur, ab vna harum vocalium a; e; vel, o; suscipitur, ita quod, V, per se non existit prius, & postea suscipitur, immò dùm fit, simul suscipitur. Ità sanè de natura, seù persona diuina dicendū est, quæ ab æterno est, naturam humanam in suam personam suscipere potuit in tempore (sicuti de facto in temporis plenitudine suscepit) quādo, *Verbum caro factum est*; non quod natura illa humana prius in se existeret, sed indiuidua facta (at nondum à proprio suppofito

Vocalium natura.

Vocalis I naturam Angelicam innuit.

Vocalis V naturam humanam significat

Vocalium applicatio.

Incarnationis mysterium declaratur.

Exempli applicatio.


posito terminata) eo instanti à diuina persona suscepta est, & in ea sustentata, quare humana natura in Christo, proprio supposito carens, à diuina hypostasi (quæ proprij suppositi vices gerebat) præuenta est, quò factum est, vt duæ naturæ, diuina scilicet, & humana, in diuini suppositi vnitate fuerunt in Christo. Nec per humanæ naturæ assumptionem à diuino supposito, aliquid de propria dignitate, seù excellentia propter talem susceptionem perdidit, quemadmodum nec aliqua harum vocalium, a; e, vel, o; quæ immutabiles sunt (vt diximus) dum vocalem, u, suscipiunt, aliquam mutationem, aut diminutionem patiuntur, sed illam sustinent, ac iuuant, sic; dùm humana natura in diuino supposito fuit recepta, ab illo inquam fuit sustentata, quare maiorem excellentiam, & dignitatem recepit, adeò quod, propter Idiomatum communicationem; homo dictus est Deus, cum necessariò, & verè, ibi homo erat, quare verus Deus, & verus Homo erat; Deus, propter naturam diuinam in diuino supposito; homo, propter humanam naturam indiuiduatam, licet proprio careret supposito, & ob id, vna simplex persona erat Christus, qui SOL ECLIPSATVS, propter nostram carnem ab eo assumptam nuncupari potest. Hac igitur duarum naturarum in vna persona, facta vnione, sine diuinæ naturæ mutatione, & facto miraculo; ne animæ beatitudo, suas dotes in corpore transmitteret, tunc veluti SOL ECLIPSATVS, apparuit Christus, quare, vt in THEMATE.

Humana natura in Christo proprio caret supposito.

Homo propter communicationem idiomatũ dicitur Deus.

Thema explicatur.

TIMENTIBVS NOMEN DOMINI, ORTVS EST SOL IVSTITIÆ, qui in terris apparens, vniuersa mundi ciuitas commota est, sicut hodie, ciuitatem Hyerusalem ingrediens, hæc particularis *Commotio facta est*, vt in Euangelio.



FERIA

FERIA IV. PRIMÆ.

De Adulationis peccato.

Magister volumus à te signum videre.
Mat. XII.

SYMBOLVM.

***SIREN**; cuius pars superior, Virginis formam habet, inferior verò, caudæ piscis similis est.*

NOEMA.

AMARICATA DVLCEDO.

THEMA.

Et ibi SIRENÆ in delubris voluptatis.
Isai. xiij.



SIREN, monstri marini genus quoddam est, Poetarum fabulis valdè celebratum, superiori sui parte Virginis formam referens, inferiore in piscis caudam desinens. Hæ, cum litus Siculum incolerent, Nautas præternauigantes, cantus suauitate, in naufragium pelliciebant. Vlysses autem, cum illàc sibi iter esset, sociorum aures cera obturauit, ne insidiosos Sirenum cantus possent exaudire; seipsum verò, malo nauis alligari iussit, atquè hoc modo tutus, periculum illud, vnà cum socijs, euasit. SIRENES verò, cum se contemni viderent (impatientia doloris) in mare se præcipitauerunt. Appotissima sanè Adulatoris similitudo hæc est, si Diui Hieronymi sententiam sequamur, dicentis. Si ad patriam tendimus, cantus Sirenarum non audiamus (idest Adulatorum) qui, in Regum aulis, innumerabiles commorantur. Quare, ad hoc periculum euitandum, aliud reme-

Symbolum pronunciatur SIREN quid.

Vlyssis astutia.

Siren Adulatoris similitudo.

D. Hieron.

Vlyssis exemplum imitandum. dium non est, nisi Vlyssis exemplum sequi, qui dum per mare iter ageret, sociorum aures obstruxit, ne Sirenarum cantus dulcissimos audirent; Per hoc innuere volens, quòd homo, *Mundus mare est.* qui hoc procellosum mare nauigat, de quo psal. 103. *Hoc mare magnum, & spaciosum reptilibus*, aures suas, propriæ imbecillitatis memoria, obturare debet, ne dulcissimas Adulatorum voces audiendo, pereat; sic Regium Psaltem fecisse, apparet psal. 140. illis verbis; *Oleum autem peccatoris, non impinguabit caput meum*. Quod dictum, explicans D. Au-*D. Augustini explicatio.* gustinus, ait; Non crescet caput meum de adulatione falsa. *Laus Adulatoris, oleum dicitur.* Falsa etenim Adulatoris laus, peccatoris oleum esse dicitur. Vendunt enim oleum hoc Adulatores (ait ipsemet D. Augustinus) qui; siuè falsa, siuè ignorata laudando, animas in errorem mittunt, & eis vana gaudia, tanquã fatuis conciliando, aliquam de eis mercedem, siuè ciborum, siuè pecuniæ, siuè honoris, siuè alicuius commodi temporalis accipiunt; *Adulatores fugiendi.* non intelligentes illud, quòd vulgo dicitur; Qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt. Melius est autem obiurgari à iusto, quàm à peccatore laudari. Emendabit me (inquit) iustus in misericordia, & arguet me, oleum autem peccatoris (idest lingua Adulatoris) non impinguet caput meum. *Imperfectionibus semotis, quæ de Vlysse dicũtur, Christo aptari possunt.* Quare remedium nos docuit valdè efficax ipsemet Dauid, dicẽs. *Factus sum, sicut homo, non audiens*, veluti alter Vlysses, in hoc maris mundi huius periculoso itinere; etenim id, quod Homerus finxit de Vlysse; quòd vir fuerit multa præditus facundia, nec minore experientia, vafer consilio, egregius bello, laborum patientissimus; hæc omnia (omni imperfectione semota) mystico Vlyssi (idest Christo) conuenire, *Sermo Christi efficax.* non est cur dubitemus, etenim quatenus homo, eius facundia talis erat, quòd vix prolatis verbis; *Venite ad me faciam vos fieri piscatores hominum*, (Apostolos fratres tunc alloquebatur) *At illi relictis retibus, & naui sequuti sunt eum*, quare Apostolorum Princeps, nomine aliorum dixit; *Verba vitæ habes*; Experientia quoque excelluit maxima, de qua *Sapientia experimentali proficiebat Christus.* Luc. primo; ait; *Puer autem proficiebat ætate, & sapientia*; (sapientia inquam experimentali, vt asserunt horum verbo-

rum

rum Interpraetes. Consilio insuper admirabili pollebat, qui insidiosum Diabolum, humani generis saeuissimum hostem, decepit. Egregius bello extitit semper, nam vt Regius Psaltes testatum reliquit. Ipse est qui; *Docet manus meas ad praelium, & digitos meos ad bellum*: laborum patientissimũ se praebuit Christus, dum cum hominibus conuersatus est, qui pro salute nostra, tot ac tanta sustinuit torméta, vt nobis daret exemplum, dicens; *In patientia vestra possidebitis animas vestras*. Quemadmodum igitur Vlysses, sociorum aures cera obturauit, sequè malo nauis alligari iussit; sic Christus, velut alter Vlysses, contra SIRENARVM cantus (idest Adulatorum) cera nostrae imbecillitatis, & miseriae, cordis nostri aures iussit obturare, sequè malo Crucis, tribus clauis ferreis alligari voluit, quo sanè modo, nos docuit (cuius vestigia sequi profitemur) cum Adulationis vitio angustiamur, tum, vel miseriae nostrae memoria (veluti cera) obturemus mentis nostrae aures, vel malo Crucis per meditationem innitamur, quibus remedijs adhibitis; SIRENARVM cantus laethales euademus; quapropter NOEMA huic SYMBOLO aptatum, conueniens est, quod est.

Christus velut alter Vlysses

Remedium contra Adulatores.

AMARICATA DVLCEDO. Ex illud Apoc. 10. desumptum. *Erat in ore meo tanquam mel dulce, & cum deuorassem eum amaricatus est venter meus*; Quae sanè verba ei, qui per aliquot tempus Adulatoribus praebuit assensum, possunt aptari, sed postea ad cor reuersus, ineptiae suae miseriam fatetur, dicens: quod Adulatoribus assentiri; AMARICATA DVLCEDO sit. Medicorum sententia est, quod omne dulce est opilatiuum, & hanc rationem assignant, quia stomachus nimis delectatur in dulci, & illam dulcedinem in se retinet, nolens eam caeteris membris impartiri, quare corpori multum obest; oppositum esse fatentur de amaro, quòd stomachus non solum illud proijcit, sed etiam quicquid per illud in stomacho tactum fuerit, foras expellit, quare medicina amara multum prodest, quia superflua pellit. Dulce profectò est de se audienti bona audire, & est sibi

Noema declaratur.

Medicorum sententia circa rem dulcem.

velut mel in ore Adulatorum compositio, at tunc temporis animæ viscera, languore replentur læthali. D. Gregorio teste in Hom. 2. super Exech. dicente. Nihil est quòd tam facile corrumpat mentes hominum, vt Adulatio; plus enim nocet lingua Adulatoris, quàm gladius persecutoris. Et hac de causa, filijs Israel præceptum est (ni fallor) Vt Sal ponerent in Sacrificio, mel verò nunquam, nam vt Petrus Rauennas in quadam Epistol. ait. Sal correctionis in omni Sacrificio reprobatur. Nam tunc Sacrificium Deo facimus, quando ob eius amorem, aliquid boni agimus de exterioribus rebus, in misericordiæ opera elargitis; vel etiam, quando corpus nostrum pœnitentia maceratum, ei imolamus; Ex quibus potissimum, Adulatores occasionem sumunt lædendi proximum, & id præcipuè in delubris voluptatis, vt in THEMATE.

D.Greg.

Leuit.2.
Cur Sal in Sacrificio poneba tur.
Petr.Rauen.

Thema explicatur.

IBI SIRENÆ, ideſt in aulis Principum, prout Pharisei in hodierno Euangelio ad Christum accedentes, dixerunt. *Magister volumus à te signum videre.*



FERIA

FERIA V. PRIMÆ.

De ORATIONIS efficacia.

Miserere mei fili Dauid, filia mea male à Demonio vexatur.
Math. XV.

SYMBOLVM.

CATENA AVREA, è cælo emissa, cui homo appensus; dum alternatis manibus, connexos annulos ad se trahere studet, inconsultò ad cælum eleuatur.

NOEMA.

AD SYDERA SIC TRAHIMVR.

THEMA.

Tota die expandi MANVS meas ad te.
Psal. lxvij.



ATENA, vinculum quoddam est, ex connexis annulis fabrefactum, sic dicta, quod se capiendo teneat, quia in ea, annulus annulum capit. CATENAM AVREAM è cœlo pendere, finxit Homerus, à Ioue emissam, vt cæteri Dij, qui in terris commorabantur, ad eam appensi, ipsum è cœlo traherent, qui omnes, toto virium conatu, egregium hoc opus aggredientes, inconsideratè in cęlum, veluti per scalam, ascenderunt. SYMBOLVM (ni fallor) ad orationis efficaciam demonstrandam, valdè aptum. Est enim Oratio, ascensus mentis in Deum, & hanc D. Dionysius affirmabat esse CATENAM AVREAM, qua, Deum ipsum ad nos trahimus, nosquè ad eum trahimur, dum velle nostrum, infallibili, & æquissimæ eius voluntati subijcimus, & is est orationis

Symbolum pronunciatur. *Catena vnde dicta.* *Homeri fictio.* *Fabula applicatio.* *Oratio quid.* *Orationis efficacia.* *Orationis effectum.*

tionis nostræ præcipuus effectus, huncquè ipsemet Christus in oratione Dominicali nobis expræssit illis verbis; *Fiat voluntas tua; sicut in cælo, & in terra*. Etenim cum à Deo aliquid petimus, si cupimus, vt Dei voluntas sit facta; siue quòd petimus obtineamus, siuè non (quocumque modo sit) semper orationis nostræ effectum consequemur, iuxtà promissum ab eodem Christo nobis factum; Ioan. 15. *Quicquid orantes petitis, credite quia accipietis*; qui (vt petamus) nos hortatur; dicens; *Petite, & accipietis*, eò magis, si petamus ea, quæ iurè petenda sunt, & vt ea memoria retineamus, per huiusce verbi PETITE incipiunt, etenim per litteram P, Peccatorum remissionem; per E, Executionis liberationem; per T, Temporalem flagellationem; per I, Interiorem consolationem; per aliud T, Temporalem necessitatem; & per vltimum E, Æternam felicitatem petere debemus, & in omnibus hisce petitionibus, nunquam verba paulo ante dicta, sunt à nobis omittenda; videlicet: *Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra*. Peccatorum remissio, humiliter ab vnoquoquè fideli petenda est, quam si corde contrito illam petierit, accipiet. Quinimmo, ipse pijssimus Christus, prętò est ad ignoscendum, iuxtà illud Ezech. 18. *In quacumque hora ingemuerit peccator*, & cet. Excecationis liberationem insuper petere debemus iuxtà illud Sap. 11. *Excecauit eos malitia eorum*, nam propria malitia excecati sumus, & est maius periculum, quòd homo, dum viuit, pati possit, & qui hoc modo excecati sunt, frequenter in desperationem de Dei misericordia labuntur, quia per prauam peccandi consuetudinem, viam salutis amittunt, quare Apost. Ephes 4. nos admonet, his verbis nobis manifestans, quam periculosa sit hæc cæcitas, dicens; *Nolite ambulare sicut, & gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à via Dei per ignorantiam, quæ est in ipsis, propter cæcitatem cordis eorum, qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis in auaritiam, & cet*. Temporalem flagellationem in corpore nunc, vt flagella futuri sæculi euadere possimus;

Sex à nobis petenda sunt à Deo per Verbum Petite expressa.

Peccatorum remissionē petere debemus.

Execationis liberatio petenda est.

Ephes.4.

Temporalem flagellationem petere debemus

mus; hoc maximè attenta acerbitate, ac flagellationis diuturnitate alterius vitæ, petere debemus, nam, vt dixit Apost. ad Hebr. 10. *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis*, (supple in alio sæculo) In præsenti quidem, bonum est incidere in manus Domini temporaliter, ideò Rex pœnitens orabat dicens; *Domine ne in furore tuo arguas me*; (scilicet in Inferno) *Neque in ira tua corripias me*, hoc est in Purgatorio; *Sed miserere mei Domine*, puniendo me in præsenti vita, & D. Augustinus orabat dicens. Hic vre, hic seca, vt in æternum parcas. Interiorem consolationem, & præcipuè inter aduersa, petere debemus, ipse enim est; *Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra*; de qua sanè animæ consolatione, Regius psaltes dicebat; *Renuit consolari anima mea* (hoc est in huiusce sæculi rebus) *Memor fui Dei* (subdit) scilicet contemplando; *Quàm bonus sit ijs, qui recto sunt corde, & delectatus sum, & defecit spiritus meus*; In tali exercitatione (videlicet) quasi in extasi positus. Temporalium necessitas, Deo insuper petenda est, prout in oratione quotidiana Dominicali dicimus. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*. Non autem dicit. Panem nostrum crastinum, da nobis cras, ad insinuandum, quòd circa temporalia, superfluitatem haud petere debemus, aut notabilem prouisionem, sed solum necessitatem, non quidem personæ tantum, sed status, & conditionis vniuscuiusque. Hanc sanè necessitatem, omni resecata superfluitate, petebat Domino Sapiens Salomon, Prou. 30. *Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam moriar; paupertatem, & diuitias, ne dederis mihi, sed victui meo tribue tantum necessaria*. Æternam felicitatem, & gloriam demum petere debemus, prout in psalmo 26. *Vnam petij à Domino, hanc requiram; vt inhabitem in domo Domini, & cet.* Hanc vnam, Dauid dicit esse à Deo petendam singulariter, & præ omnibus alijs rebus, & summo studio requirendam, scilicet æternam gloriam, quæ sola, intellectus nostri capacitatem replere potest, ipsomet Regio psalte testante; *Satiabor cum apparuerit gloria tua*. De qua multa diximus in 12. Soliloquio, nuper typis excusso.

Dauidis exoratio, vt in præsenti vita puniretur.

D. August.

2. Cor. 1.

Temporalium necessitas à Deo petenda est, & quo modo.

Salomonis petitio.

Sola gloria Beatorum satiare nos potest.

cuſſo. Si ergo hæc petierimus à Deo, exaudiemur, quibus modis, iuxtà NORMA propoſitum.

Norma declaratur.

AD SYDERA SIC TRAHIMVR, intellige noſtra oratione mediante; duabus tamen obſeruatis conditionibus, quas à Grammatica didicimus. Ait enim Grāmaticus, duas eſſe principaliores partes orationis, Nomen, & Verbum, (nulla enim Oratio ſine his fieri debet) quibus ingredientibus, oratio, perfectionem ſuam conſequitur. Nomen, quod orationem noſtram ingredi debet, illud eſt, de quo æterna Dei Sapientia dixit Ioan. 15. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*; Nomen inquàm de quo Apoſtolus dicebat; *Dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen*, & cet. Verbum autem illud eſt de quo Ioan. primo dixit; *Verbum caro factum eſt*. Chriſtus enim quatenus Deus, Verbum dicitur, quatenus homo verò, illius nomen eſt Ieſus (quòd Saluator interpraetatur) Si ergo noſtra oratio hiſce duabus partibus exornata erit, hoc eſt, ſi Chriſti meritis erit innixa (qui Deus erat, & homo) profectò; AD SYDERA TRAHIMVR, quare vnuſquiſque fidelis, vnà cum Pſalmiſta dicere debet, vt in THEMATE.

Regula Grammaticalis obſeruanda in noſtra oratione. Nomen, quod noſtram orationem ingredi debet. Verbum, quod in noſtra oratione eſſe debet

Thema explicatur.

Expandi MANVS meas ad te; Manus inquam Fidei, & operis, quæ Chriſti meritis innitantur; tunc enim vnuſquiſque audiet id, quòd mulieri Cananeæ dictum eſt, vt in hodierno Euangelio. *Vade, & fiat tibi ſicut credidiſti.*



FER.

FERIA VI. PRIMÆ.

De corporis humani miseria.

Erat quidam homo triginta, & octo annos habens in infirmitate.
Ioan. V.

SYMBOLVM.

CALANDRIVS auis est, quæ si infirmum respiciat, illum ad sanitatem restituit.

NOEMA.

EX ASPECTV VITA.

THEMA.

EPHRAIM, quasi AVIS auolauit.
Ose. ix.



VSPICIVM olim apud Antiquos, diuinatio quædam erat, ex gestu, vel cantu AVIVM sumpta; Auspicium dictum, quasi Auisperium, ab Auibus spectandis. Quicquid de eorum superstitionibus dici posset, nihil ad nos. De quadam aue CALANDRIO vocata, non solum profani scriptores, sed etiam Doctores Catholici, mira referunt, quæ à Regibus, & Principibus terræ, admodū desiderabilis est, nā si respicit, illicò ad illius intuitum, infirmus ad perfectam restituatur sanitatem, cum ipsa, humorem peccantem ab infirmo exeuntem, extrahat, illumquè in se recipiat, quò præstito; infirmo vita, ipsi verò mors, prouenit. Proprietas sanè Christo felicissimo aui, de quo, vt in THEMATE, apprimè conueniens. Ipse enim mysticus Ephraim dicitur (qui interpræ-

Symbolum pronunciatur. *Auspicium quid.* *Calādrij auis virtus.* *Ephraim interpratatur.*

tatur crescens, auctus, seù augumentum, vel fertilitas, de quo Luc. 2. canit. *Iesus proficiebat sapientia, & ætate & gratia apud Deum, & homines.* Omnemquè gratiæ fertilitatem, vniuerso attulit mundo. Hanc inquàm auem diuinam, Reges terræ mirum in modum exoptauere, vt Luc. 10. legitur. *Multi Reges voluerunt videre, quæ vos videtis.* Albi coloris erat hæc Auis; hoc est innocentiæ, & omnium virtutum pennis exornata, de qua Apostolus ad Hebr. 7. dicebat; *Innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus.* Auis inquam hęc, è cœli summitate in mundum hunc, ad humanum genus curandum, quòd graui laborabat infirmitate, in temporis plenitudine auolasse perspicuum est, iuxtà ipsiusmet testimonium Luc. 4. *Euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde.* Nec oculos ab hoc infirmo, qui triginta, & octo annos in infirmitate commorabatur, auertit, etenim eius oculi, vt psal. 65. ait; *Super gentem respiciunt.* Quò factum est, vt per extrinsecam imputationem; *Qui peccatum non fecit, nequè dolus inuentus est in ore eius, pro nobis peccatum fecit,* vt ait Apostolus prima Pet. primo hoc est; Sacrificium pro peccatis nostris esse voluit, vt D. Augustinus explicat; igitur peccatorum nostrorum humore ad se attracto, vt nobis diuturna infirmitate laborantibus, sanitatem redderet, Crucis supplicium in proprio corpore sustinuit; vnde prima Pet. 2. legitur; *Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus, cuius liuore sanati sumus,* iuxta illud, quòd ab ipsomet Ioan. 12. dùm viueret; prædictum est; *Et ego, si exaltatus fuero à terra* (idest in Crucis ligno) *omnia trabam ad me ipsum.* Tunc enim absoluto Redemptionis nostræ opere, genus humanum tanto tempore in sua infirmitate laborantem, perfectæ sanitati restitutum est; *Cuius liuore sanati sumus,* quare conueniens est NORMA huic SYMBOLO aptatum, quod est.

Christus tanquã Auis cœlestis.

Christus veluti Calandrius fuit.

Genus humanum quomodo sanatum.

EX ASPECTV, VITA: supple sequitur etenim; nisi misericordiæ suæ oculis, nos aspexisset (cum Redemptionis

Mortem destruxit.

humanæ

humanæ ineffabile mysterium Dei bonitati tantum adscribatur) profectò totum genus humanum, adhuc graui morbo, propter primorum parentum culpam, vtiquè laborare, non est dubium. Non enim sub hominum meritis cadere potuit Incarnationis opus eximium, cum nullus mereri posset primam gratiam, quæ totius meriti principium est. Nulla etenim virtus, quantumuis ex sua natura perfecta esset, sine Christo, grata esse poterat ipso Deo, nec alicuius valoris erat, vt Apostolus ad Ephes. primo affirmat. *Qui gratificauit nos in dilecto filio suo*. A Deo etenim statutum erat, vt nullum opus sibi gratum esset, aut acceptum, nisi per Christum mediatorem, ex quo sequitur, quod si ipse Christus (qui, veluti AVIS è cœlo euolauit in hunc mundum) non aduenisset; infirmi adhuc essemus, quare pietatis suæ oculos ad nos dirigens; EX ASPECTV VITA subsecuta est; *Qui languores nostros ipse pertulit in corpore suo*. Ineffabilis sanè huiusce cœlestis Medici clementia, & pietas, de quo D. Augustinus dicebat; Magnus de cœlo venit Medicus, vbi magnus iacebat ægrotus; qui; vt nostra sanaret vulnera; Ipsemet *Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra*. Cum igitur è cœlo iste mysticus Ephraim (quasi AVIS CALANDRIVS) in hunc mundum venisset, vt languores nostros sanaret, proprium sanguinem effundere dignatus est, quo mediante, Sacramentorum medicina, ad omnes nostras infirmitates spirituales pellendas, effecta est, quare ad hunc cœlestem Medicum, quoties aliqua infirmitate laboramus, pergere debemus, nostris miserijs omni festinatione subuenientem. Ipsum igitur toto cordis affectu inquirere debemus, vt benedictionem, & gratiam ab eo obtineamus, prout Paul. ad Ephes. primo ait. *Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cælestibus, in Christo, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificabit nos, in dilecto filio suo, in quo habemus Redemptionem, per sanguinem eius, remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius*. Ad eum accedendum est, quoniam copiosus est in

Incarnatio non cadit sub meritum.

Christus pius Medicus.

Exortatio vt ad cælestem Medicum confugiamus.

Ephes. 1.

tractatum sit. Quoad corpus etiam, homo figuræ Triangulari similis est, cū ex carne, ossibus, & neruis (quæ partes principales illius sunt) compositus sit; sicuti CIRCVLARIS figura, Mundum hunc repræsentat, de qua Apost. primo ad Corinth. 7. dixit; *Præterit figura huius mundi.* Mundum hunc, figuram vocat Apostolus, quia ea facilitate, res huiusce mundi consummuntur, qua, figura in speculo repræsentata, deletur; vel figuram appellat Mundum hunc, quia esse permanens non habet, quemadmodum Mundus, qui ex figura Spherica, & circulari constat, de quo 1. Ioan. 2. *Transit mundus, & concupiscentia eius, & nihil est, quod permaneat sub Sole, propter continuam mutationem, & rerum vicissitudinem.* Et sicuti in rebus creatis; Quadruplex mutationis species apparet, scilicet ad substantiam mutatio, & hæc dicitur generatio, & corruptio; ad qualitatem, & nuncupatur augumentum; & ad Vbi, & dicitur sursum, & deorsum, ante, & retro, à dextris, & à sinistris; Ità spiritualiter, has mutationes continuè in mundo fieri (qui Sphericam figuram habet) experimur in dies. Prima enim mutatio, (quæ ad substantiam dicitur) quotidiè apparet, quia de natiuitate ad mortem (idest) de generatione in matris vtero habita, ad corruptionem in morte, properamus; vnde Iob. 14. *Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur & conteritur; & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet.* Altera mutatio (quæ alteratio nuncupatur) mille modis fit, vnde D. Bernardus in meditat. ait. In hac valle lachrymarum, est vita laboriosa, vita corruptibilis, vita amaritudine plena; hanc humores tumidant, dolores exterminant, ardores exsiccant, aëra morbidant, escæ inflant, ieiunium macerat, ioci soluunt, tristitiæ consummunt, sollicitudo coartat, securitas hebetat, senectus incuruat, infirmitas frangit, mœror deprimit. Hæc D. Bernardus ex quibus constat, quot alterationes patitur infelix homo dùm in hoc mundo commoratur. Mutatio ad quantitatem, Mundi diuitias respicit, quæ (vt plurimum) augentur, ac minuuntur, vndè qui-

Mundus figura circularis est
Mundus figura vocatur.
1. Ioan. 2.
Quadruplex mutatio in rebus creatis.
Mutationes quatuor in homine.
Mutatio ad substantiam qua.
D. Bernar.
Mutatio ad qualitatē qua.
Mutatio ad quantitatem qua.

quidam Philosophus hanc sententiam pronunciauit. Si bene volumus dicere veritatem; non propria, sed mutuata vocare possumus, quæ habemus; quia cum omnes in rota Fortunæ volubilis militemus, sæpe de diuitijs in paupertatem mergimur improuisè. Mutationem ad Vbi, Dominia respicit, & potestates. Nam duce experientia, videmus quod ij, qui in mundo primatum tenent, citò ad miseriam deueniunt, & qui in dextera florebant per potentiam, ad sinistrã per tristitiam labuntur, & tanto fortiùs conquassantur, quanto locus eorum erat eminentior; vnde D. Chrisost. super 2. cap. Mat. dicit. Semper enim grandis potestas, maiori timori subiecta est; sicut enim ramum arborum in excelso positum, etiam si leuis aura flauerit, mouet; sic & sublimes in culmine dignitatum existentes, leui nuncij fama conturbat; humiles sicut in conualle, plerumquè in tranquillitate consistunt. Hæc ille. His ergo mutationibus, Mundi huius figuram, Sphericam esse, cognoscimus. Quemadmodum ergo figura Triangularis, à Circulari nullatenus potest repleri, sic Mundus iste sphericus, animam hanc nostram explere nunquam poterit (quæ Triangulari figura exornata est) vt ex professo in nostro opere nuper edito Solil. 12. pertractauimus, quare aptissimum esse dicimus NOEMA huic SYMBOLO assignatum, quod est.

Mutatio ad Vbi qua.

D. Chrisost.

Exemplum.

Cõclusio quòd Anima nostra ab his, quæ in Mundo sunt satiari non potest.

DATVR VACVVM; etenim præter illa, quæ in nostra elucubratione Solil. 6. diximus; si homo omniũ desideriorum suorum complementum haberet, adhuc in eius animo DARETVR VACVVM; Præclarissimum huius veritatis exemplum Salomon dedit, qui omnibus ijs, quæ ab homine in hac vita desiderari possunt, abundabat, tamen, Ecclesiaste 2. testatum reliquit; *Omnia, quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis, nec prohibui cor meum, qui in omni voluptate frueretur, & cet.* his verbis concludit, dicens; *Vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere sub Sole.* Vnde D. August. lib. Soliloq. cap. 32. dicit. Nemo potest in vtroque sęculo consolari; neque potest quis hic,

Noëma declaratur.

Salomon experientia didicit: DARI VACVVM. Eccl. 2.

D. Augustini deprecatio.

&c in


posito terminata) eo instanti à diuina persona suscepta est, & in ea sustentata, quare humana natura in Christo, proprio supposito carens, à diuina hypostasi (quæ proprij suppositi vices gerebat) præuenta est, quò factum est, vt duæ naturæ, diuina scilicet, & humana, in diuini suppositi vnitate fuerunt in Christo. Nec per humanæ naturæ assumptionem à diuino supposito, aliquid de propria dignitate, seù excellentia propter talem susceptionem perdidit, quemadmodum nec aliqua harum vocalium, a; e; vel, o; quæ immutabiles sunt (vt diximus) dum vocalem, u, suscipiunt, aliquam mutationem, aut diminutionem patiuntur, sed illam sustinent, ac iuuant, sic; dùm humana natura in diuino supposito fuit recepta, ab illo inquam fuit sustentata, quare maiorem excellentiam, & dignitatem recepit, adeò quod, propter Idiomatum communicationem; homo dictus est Deus, cum necessariò, & verè, ibi homo erat, quare verus Deus, & verus Homo erat; Deus, propter naturam diuinam in diuino supposito; homo, propter humanam naturam indiuiduatam, licet proprio careret supposito, & ob id, vna simplex persona erat Christus, qui SOL ECLIPSATVS, propter nostram carnem ab eo assumptam nuncupari potest. Hac igitur duarum naturarum in vna persona, facta vnione, sine diuinæ naturæ mutatione, & facto miraculo; ne animæ beatitudo, suas dotes in corpore transmitteret, tunc veluti SOL ECLIPSATVS, apparuit Christus, quare, vt in THEMATE.

Humana natura in Christo proprio caret supposito.

Homo propter communicationem idiomatū dicitur Deus.

Thema explicatur.

TIMENTIBVS NOMEN DOMINI, ORTVS EST SOL IVSTITIÆ, qui in terris apparens, vniuersa mundi ciuitas commota est, sicut hodie, ciuitatem Hyerusalem ingrediens, hæc particularis *Commotio facta est*, vt in Euangelio.



FERIA

FERIA IV. PRIMÆ.

De Adulationis peccato.

Magister volumus à te signum videre.
Mat. XII.

SYMBOLVM.

SIREN; cuius pars superior, Virginis formam habet, inferior verò, cauda piscis similis est.

NOEMA.

AMARICATA DVLCEDO.

THEMA.

Et ibi SIRENÆ in delubris voluptatis.
Isai. xiij.



IREN, monstri marini genus quoddam est, Poetarum fabulis valdè celebratum, superiori sui parte Virginis formam referens, inferiore in piscis caudam desinens. Hæ, cum litus Siculum incolerent, Nautas prænauigantés, cantus suauitate, in naufragium pelliciebant. Vlysses autem, cum illàc sibi iter esset, sociorum aures cera obturauit, ne insidiosos Sirenum cantus possent exaudire; seipsum verò, malo nauis alligari iussit, atquè hoc modo tutus, periculum illud, vnà cum socijs, euasit. SIRENES verò, cum se contemni viderent (impatientia doloris) in mare se præcipitauerunt. Appotissima sanè Adulatoris similitudo hæc est, si Diui Hieronymi sententiam sequamur, dicentis. Si ad patriam tendimus, cantus Sirenarum non audiamus (idest Adulatorum) qui, in Regum aulis, innumerabiles commorantur. Quare, ad hoc periculum euitandum, aliud remedium

Symbolum pronunciatur SIREN quid

Vlyssis astutia

Siren Adulatoris similitudo.

D. Hieron.

Vlyssis exemplum imitandum.

dium non est, nisi Vlyssis exemplum sequi, qui dum per mare iter ageret, sociorum aures obstruxit, ne Sirenarum cantus dulcissimos audirent; Per hoc innuere volens, quòd homo, qui hoc procellosum mare nauigat, de quo psal. 103. *Hoc mare magnum, & spaciosum reptilibus*, aures suas, propriæ imbecillitatis memoria, obturare debet, ne dulcissimas Adulatorum voces audiendo, pereat; sic Regium Psaltem fecisse, apparet psal. 140. illis verbis; *Oleum autem peccatoris, non impinguabit caput meum*. Quod dictum, explicans D. Augustinus, ait; Non crescet caput meum de adulatione falsa. Falsa etenim Adulatoris laus, peccatoris oleum esse dicitur. Vendunt enim oleum hoc Adulatores (ait ipsemet D. Augustinus) qui; siuè falsa, siuè ignorata laudando, animas in errorem mittunt, & eis vana gaudia, tanquã fatuis conciliando, aliquam de eis mercedem, siuè ciborum, siuè pecuniæ, siuè honoris, siuè alicuius commodi temporalis accipiunt; non intelligentes illud, quòd vulgo dicitur; Qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt. Melius est autem obiurgari à iusto, quàm à peccatore laudari. Emendabit me (inquit) iustus in misericordia, & arguet me, oleum autem peccatoris (idest lingua Adulatoris) non impinguet caput meum. Quare remedium nos docuit valdè efficax ipsemet Dauid, dicẽs. *Factus sum, sicut homo, non audiens*, veluti alter Vlysses, in hoc maris mundi huius periculoso itinere; etenim id, quod Homerus finxit de Vlysse; quòd vir fuerit multa præditus facundia, nec minore experientia, vafer consilio, egregius bello, laborum patientissimus; hæc omnia (omni imperfectione semota) mystico Vlyssi (idest Christo) conuenire, non est cur dubitemus, etenim quatenus homo, eius facundia talis erat, quòd vix prolatis verbis; *Venite ad me faciam vos fieri piscatores hominum*, (Apostolos fratres tunc alloquebatur) *At illi relictis retibus, & naui sequuti sunt eum*, quare Apostolorum Princeps, nomine aliorum dixit; *Verba vitæ habes*; Experientia quoque excelluit maxima, de qua Luc. primo; ait; *Puer autem proficiebat ætate, & sapientia*; (sapientia inquam experimentali, vt asserunt horum verbo-

Mundus mare est.

D. Augustini explicatio. Laus Adulatoris, oleum dicitur.

Adulatores fugiendi.

Imperfectionibus semotis, quæ de Vlysse dicũtur, Christo aptari possunt.

Sermo Christi efficax.

Sapientia experimentali proficiebat Christus.

rum Interpretes. Consilio insuper admirabili pollebat, qui insidiosum Diabolum, humani generis sæuissimum hostem, decepit. Egregius bello extitit semper, nam vt Regius Psaltes testatum reliquit. Ipse est qui; *Docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum*: laborum patientissimũ se præbuit Christus, dum cum hominibus conuersatus est, qui pro salute nostra, tot ac tanta sustinuit torméta, vt nobis daret exemplum, dicens; *In patientia vestra possidebitis animas vestras*. Quemadmodum igitur Vlysses, sociorum aures cera obturauit, sequè malo nauis alligari iussit; sic Christus, veluti alter Vlysses, contra SIRENARVM cantus (idest Adulatorum) cera nostræ imbecillitatis, & miseriæ, cordis nostri aures iussit obturare, sequè malo Crucis, tribus clauis ferreis alligari voluit, quo sanè modo, nos docuit (cuius vestigia sequi profitemur) cum Adulationis vitio angustiamur, tum, vel miseriæ nostræ memoria (veluti cera) obturemus mentis nostræ aures, vel malo Crucis per meditationem innitamur, quibus remedijs adhibitis; SIRENARVM cantus læthales euademus; quapropter NORMA huic SYMBOLO aptatum, conueniens est, quod est.

Christus veluti alter Vlysses

Remedium contra Adulatores.

AMARICATA DVLCEDO. Ex illud Apoc. 10. desumptum. *Erat in ore meo tanquam mel dulce, & cum deuorassem eum amaricatus est venter meus*; Quæ sanè verba ei, qui per aliquot tempus Adulatoribus præbuit assensum, possunt aptari, sed postea ad cor reuersus, ineptiæ suæ miseriam fatetur, dicens: quod Adulatoribus assentiri; AMARICATA DVLCEDO sit. Medicorum sententia est, quod omne dulce est opilatiuum, & hanc rationem assignant, quia stomachus nimis delectatur in dulci, & illam dulcedinem in se retinet, nolens eam cæteris membris impartiri, quare corpori multum obest; oppositum esse fatentur de amaro, quòd stomachus non solum illud proijcit, sed etiam quicquid per illud in stomacho tactum fuerit, foras expellit, quare medicina amara multum prodest, quia superflua pellit. Dulce profectò est de se audienti bona audire, & est sibi

Norma declaratur.

Medicorum sententia circa rem dulcem.

velut mel in ore Adulatorum compoſitio, at tunc temporis animæ viſcera, languore replentur læthali. D. Gregorio teſte in Hom. 2. ſuper Exech. dicente. Nihil eſt quòd tam facile corrumpat mentes hominum, vt Adulatio; plus enim nocet lingua Adulatoris, quàm gladius perſecutoris. Et hac de cauſa, filijs Iſrael præceptum eſt (ni fallor) Vt Sal ponerent in Sacrificio, mel verò nunquam, nam vt Petrus Rauennas in quadam Epiſtol. ait. Sal correctionis in omni Sacrificio reprobatur. Nam tunc Sacrificium Deo facimus, quando ob eius amorem, aliquid boni agimus de exterioribus rebus, in miſericordiæ opera elargitis; vel etiam, quando corpus noſtrum pœnitentia maceratum, ei imolamus; Ex quibus potiſſimum, Adulatores occaſionem ſumunt lædendi proximum, & id præcipuè in delubris voluptatis, vt in THEMATE.

D.Greg.

Leuit. 2.

Cur Sal in Sacrificio poneba tur.

Petr.Rauen.

Thema explicatur.

IBI SIRENÆ, ideſt in aulis Principum, prout Pharisei in hodierno Euangelio ad Chriſtum accedentes, dixerunt. *Magiſter volumus à te ſignum videre.*



FERIA

FERIA V. PRIMÆ.

De ORATIONIS efficacia.

Miserere mei fili Dauid, filia mea male à Dæmonio vexatur.
Math. XV.

SYMBOLVM.

CATENA AVREA, è cælo emissa, cui homo appensus; dum alternatis manibus, connexos annulos ad se trahere studet, inconsultò ad cælum eleuatur.

NOEMA.

AD SYDERA SIC TRAHIMVR.

THEMA.

Tota die expandi MANVS meas ad te.
Psal. lxvij.



ATENA, vinculum quoddam est, ex connexis annulis fabrefactum, sic dicta, quod se capiendo teneat, quia in ea, annulus annulum capit. CATENAM AVREAM è cœlo pendere, finxit Homerus, à Ioue emissam, vt cæteri Dij, qui in terris commorabantur, ad eam appensi, ipsum è cœlo traherent, qui omnes, toto virium conatu, egregium hoc opus aggredientes, inconsideratè in cęlum, veluti per scalam, ascenderunt. SYMBOLVM (ni fallor) ad orationis efficaciam demonstrandam, valdè aptum. Est enim Oratio, ascensus mentis in Deum, & hanc D. Dionysius affirmabat esse CATENAM AVREAM, qua, Deum ipsum ad nos trahimus, nosquè ad eum trahimur, dum velle nostrum, infallibili, & æquissimæ eius voluntati subijcimus, & is est orationis

Symbolum pronunciatur. *Catena vnde dicta.* *Homeri fictio.* *Fabula applicatio.* *Oratio quid.* *Orationis efficacia.* *Orationis effectum.*

tionis nostræ præcipuus effectus, huncquè ipsemet Christus in oratione Dominicali nobis expræssit illis verbis; *Fiat voluntas tua; sicut in cælo, & in terra.* Etenim cum à Deo aliquid petimus, si cupimus, vt Dei voluntas sit facta; siue quòd petimus obtineamus, siuè non (quocumque modo sit) semper orationis nostræ effectum consequemur, iuxtà promissum ab eodem Christo nobis factum; Ioan. 15. *Quicquid orantes petitis, credite quia accipietis*; qui (vt petamus) nos hortatur; dicens; *Petite, & accipietis*, eò magis, si petamus ea, quæ iurè petenda sunt, & vt ea memoria retineamus, per huiusce verbi PETITE incipiunt, etenim per litteram P, Peccatorum remissionem; per E, Executionis liberationem; per T, Temporalem flagellationem; per I, Interiorem consolationem; per aliud T, Temporalem necessitatem; & per vltimum E, Æternam felicitatem petere debemus, & in omnibus hisce petitionibus, nunquam verba paulo ante dicta, sunt à nobis omittenda; videlicet: *Fiat voluntas tua, situt in cælo, & in terra.* Peccatorum remissio, humiliter ab vnoquoque fideli petenda est, quam si corde contrito illam petierit, accipiet. Quinimmo, ipse pijssimus Christus, prestò est ad ignoscendum, iuxtà illud Ezech. 18. *In quacumque hora ingemuerit peccator*, & cet. Excecationis liberationem insuper petere debemus iuxtà illud Sap. 11. *Excecauit eos malitia eorum*, nam propria malitia excecati sumus, & est maius periculum, quòd homo, dum viuit, pati possit, & qui hoc modo excecati sunt, frequenter in desperationem de Dei misericordia labuntur, quia per prauam peccandi consuetudinem, viam salutis amittunt, quare Apost. Ephes. 4. nos admonet, his verbis nobis manifestans, quam periculosa sit hæc cæcitas, dicens; *Nolite ambulare sicut, & gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à via Dei per ignorantiam, quæ est in ipsis, propter cæcitatem cordis eorum, qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis in auaritiam, & cet.* Temporalem flagellationem in corpore nunc, vt flagella futuri sæculi euadere possimus;

Sex à nobis petenda sunt à Deo per Verbum Petite expressa.

Peccatorum remissionē petere debemus.

Excecationis liberatio petenda est.

Ephes. 4.

Temporalem flagellationem petere debemus

mus; hoc maximè attenta acerbitate, ac flagellationis diuturnitate alterius vitæ, petere debemus, nam, vt dixit Apost. ad Hebr. 10. *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis*, (supple in alio sæculo) In præsenti quidem, bonum est incidere in manus Domini temporaliter, ideò Rex pœnitens orabat dicens; *Domine ne in furore tuo arguas me*; (scilicet in Inferno) *Neque in ira tua corripias me*, hoc est in Purgatorio; *Sed miserere mei Domine*, puniendo me in præsenti vita, & D. Augustinus orabat dicens. Hic vre, hic seca, vt in æternum parcas. Interiorem consolationem, & præcipuè inter aduersa, petere debemus, ipse enim est; *Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra*; de qua sanè animæ consolatione, Regius psaltes dicebat; *Renuit consolari anima mea* (hoc est in huiusce sæculi rebus) *Memor fui Dei* (subdit) scilicet contemplando; *Quàm bonus sit ijs, qui recto sunt corde, & delectatus sum, & defecit spiritus meus*; In tali exercitatione (videlicet) quasi in extasi positus. Temporalium necessitas, Deo insuper petenda est, prout in oratione quotidiana Dominicali dicimus. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*. Non autem dicit. Panem nostrum crastinum, da nobis cras, ad insinuandum, quòd circa temporalia, superfluitatem haud petere debemus, aut notabilem prouisionem, sed solum necessitatem, non quidem personæ tantum, sed status, & conditionis vniuscuiusque. Hanc sanè necessitatem, omni resecata superfluitate, petebat Domino Sapiens Salomon, Prou. 30. *Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam moriar; paupertatem, & diuitias, ne dederis mihi, sed victui meo tribue tantum necessaria*. Æternam felicitatem, & gloriam demum petere debemus, prout in psalmo 26. *Vnam petij à Domino, hanc requiram; vt inhabitem in domo Domini, & cet.* Hanc vnam, Dauid dicit esse a Deo petendam singulariter, & præ omnibus alijs rebus, & summo studio requirendam, scilicet æternam gloriam, quæ sola, intellectus nostri capacitatem replere potest, ipsomet Regio psalte testante; *Satiabor cum apparuerit gloria tua*. De qua multa diximus in 12. Soliloquio, nuper typis excusso.

Dauidis exoratio, vt in præsenti vita puniretur.

D. August.

2. Cor. 1.

Temporalium necessitas a Deo petenda est, & quo modo.

Salomonis petitio.

Sola gloria Beatorum satiare potest.

cusso. Si ergo hæc petierimus à Deo, exaudiemur, quibus modis, iuxtà NORMA propositum.

Norma declaratur.

AD SYDERA SIC TRAHIMVR, intellige nostra oratione mediante; duabus tamen obseruatis conditionibus, quas à Grammatica didicimus. Ait enim Grámaticus, duas esse principaliores partes orationis, Nomen, & Verbum, (nulla enim Oratio sine his fieri debet) quibus ingredientibus, oratio, perfectionem suam consequitur. Nomen, quod orationem nostram ingredi debet, illud est, de quo æterna Dei Sapientia dixit Ioan. 15. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*; Nomen inquàm de quo Apostolus dicebat; *Dedit illi nomen, quod est super omne nomen*, & cet. Verbum autem illud est de quo Ioan. primo dixit; *Verbum caro factum est*. Christus enim quatenus Deus, Verbum dicitur, quatenus homo verò, illius nomen est Iesus (quòd Saluator interpratatur) Si ergo nostra] oratio hisce duabus partibus exornata erit, hoc est, si Christi meritis erit innixa (qui Deus erat, & homo) profectò; AD SYDERA TRAHIMVR, quare vnusquisque fidelis, vnà cum Psalmista dicere debet, vt in THEMATE.

Regula Grammaticalis obseruanda in nostra oratione.

Nomen, quod nostram oràtionem ingredi debet.

Verbum, quod in nostra oratione esse debet

Thema explicatur.

Expandi MANVS meas ad te; Manus inquam Fidei, & operis, quæ Christi meritis innitantur; tunc enim vnusquisque audiet id, quòd mulieri Cananeæ dictum est, vt in hodierno Euangelio. *Vade, & fiat tibi sicut credidisti.*



FER.

FERIA VI. PRIMÆ.

De corporis humani miseria.

Erat quidam homo triginta, & octo annos habens infirmitate.
Ioan. V.

SYMBOLVM.

CALANDRIVS auis est, quæ si infirmum respiciat, illum ad sanitatem restituit.

NOEMA.

EX ASPECTV VITA.

THEMA.

EPHRAIM, quasi AVIS auolauit.
Ose. ix.



AVSPICIVM olim apud Antiquos, diuinatio quædam erat, ex gestu, vel cantu AVIVM sumpta; Auspicium dictum, quasi Auisperium, ab Auibus spectandis. Quicquid de eorum superstitionibus dici posset, nihil ad nos. De quadam aue CALANDRIO vocata, non solum profani scriptores, sed etiam Doctores Catholici, mira referunt, quæ à Regibus, & Principibus terræ, admodũ desiderabilis est, nã si respicit, illicò ad illius intuitum, infirmus ad perfectam restituatur sanitatem, cum ipsa, humorem peccantem ab infirmo exeuntem, extrahat, illumquè in se recipiat, quò præstito; infirmo vita, ipsi verò mors, prouenit. Proprietas sanè Christo felicissimo aui, de quo, vt in THEMATE, apprimè conueniens. Ipse enim mysticus Ephraim dicitur (qui interpræ-

Symbolum pronunciatur.
Auspicium quid.
Calãdrij auis virtus.
Ephraim interpratatur.

tatur crescens, auctus, seù augumentum, vel fertilitas, de quo Luc. 2. canit. *Iesus proficiebat sapientia, & ætate & gratia apud Deum, & homines*. Omnemquè gratiæ fertilitatem, vniuerso attulit mundo. Hanc inquàm auem diuinam, Reges terræ mirum in modum exoptauere, vt Luc. 10. legitur, *Multi Reges voluerunt videre, quæ vos videtis*. Albi coloris erat hæc Auis; hoc est innocentiæ, & omnium virtutum pennis exornata, de qua Apostolus ad Hebr. 7. dicebat; *Innocens, impollutus; segregatus à peccatoribus*. Auis inquam hęc, è cœli summitate in mundum hunc, ad humanum genus curandum, quòd graui laborabat infirmitate, in temporis plenitudine auolasse perspicuum est, iuxtà ipsiusmet testimonium Luc. 4. *Euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde*. Nec oculos ab hoc infirmo, qui triginta, & octo annos in infirmitate commorabatur, auertit, etenim eius oculi, vt psal. 65. ait; *Super gentem respiciunt*. Quò factum est, vt per extrinsecam imputationem; *Qui peccatum non fecit, nequè dolus inuentus est in ore eius, pro nobis peccatum fecit*, vt ait Apostolus prima Pet. primo hoc est; Sacrificium pro peccatis nostris esse voluit, vt D. Augustinus explicat; igitur peccatorum nostrorum humore ad se attracto, vt nobis diuturna infirmitate laborantibus, sanitatem redderet, Crucis supplicium in proprio corpore sustinuit; vnde prima Pet. 2. legitur; *Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus, cuius liuore sanati sumus*, iuxta illud, quòd ab ipsomet Ioan. 12. dùm viueret; prædictum est; *Et ego, si exaltatus fuero à terra (idest in Crucis ligno) omnia traham ad me ipsum*. Tuncenim absoluto Redemptionis nostræ opere, genus humanum tanto tempore in sua infirmitate laborantem, perfectæ sanitati restitutum est; *Cuius liuore sanati sumus*, quare conueniens est NOEMA huic SYMBOLO aptatum, quod est.

Christus tanquà Auis cœlestis.

Christus veluti Calandrius fuit.

Genus humanum quotidiè sanatum.

EX ASPECTV, VITA: supple sequitur etenim; nisi misericordiæ suę oculis, nos aspexisset (cum Redemptionis humanæ

Noëma declaratur.

humanæ ineffabile mysterium Dei bonitati tantum adscribatur) profectò totum genus humanum, adhuc graui morbo, propter primorum parentum culpam, vtiquè laborare, non est dubium. Non enim sub hominum meritis cadere potuit Incarnationis opus eximium; cum nullus mereri posset primam gratiam, quæ totius meriti principium est. Nulla etenim virtus, quantumuis ex sua natura perfecta esset, sine Christo, grata esse poterat ipso Deo, nec alicuius valoris erat, vt Apostolus ad Ephes. primo affirmat. *Qui gratificauit nos in dilecto filio suo*. A Deo etenim statutum erat, vt nullum opus sibi gratum esset, aut acceptum, nisi per Christum mediatorem, ex quo sequitur, quod si ipse Christus (qui, veluti AVIS è cœlo euolauit in hunc mundum) non aduenisset; infirmi adhuc essemus, quare pietatis suæ oculos ad nos dirigens; EX ASPECTV VITA subsecuta est; *Qui languores nostros ipse pertulit in corpore suo*. Ineffabilis sanè huiusce cœlestis Medici clementia, & pietas, de quo D. Augustinus dicebat; Magnus de cœlo venit Medicus, vbi magnus iacebat ægrotus; qui; vt nostra sanaret vulnera; Ipsemet *Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra*. Cum igitur è cœlo iste mysticus Ephraim (quasi AVIS CALANDRIVS) in hunc mundum venisset, vt languores nostros sanaret, proprium sanguinem effundere dignatus est, quo mediante, Sacramentorum medicina, ad omnes nostras infirmitates spirituales pellendas, effecta est, quare ad hunc cœlestem Medicum, quoties aliqua infirmitate laboramus, pergere debemus, nostris miserijs omni festinatione subuenientem. Ipsum igitur toto cordis affectu inquirere debemus, vt benedictionem, & gratiam ab eo obtineamus, prout Paul. ad Ephes. primo ait. *Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cœlestibus, in Christo, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificabit nos, in dilecto filio suo, in quo habemus Redemptionem, per sanguinem eius, remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius*. Ad eum accedendum est, quoniam copiosus est in

Incarnatio nō cadit sub meritum.

Christus pius Medicus.

Exortatio vt ad cœlestem Medicum confugiamus.

Ephes. 1.

Ephes. 2. omni pietatis medicamine, vt Paulus ad Ephes. 2. dixit. *Deus autem, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia saluti estis:* Festinemus currere ad hunc Medicum, omnium gratiarum fontem, nos vocantem, vt ab omnibus nostris infirmitatibus

2 Tim. 1. simus liberati, vt 2. Timot. primo dixit Apostolus. *Qui nos liberauit, & vocauit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu.* Ipsum adire tenemur, qui, vt nos sanaret, seipsum, multis repleuit infirmitatibus, vt Paulus ad Tit. 2. dixit. *Qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos*

Tit. 2. *redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem.* Ad hanc felicissimam AVEM Christum, quæ è Cœlo auolauit, (vt in THEMATE) dicitur.

Thema explicatum. EPHRAIM QVASI AVIS AVOLAVIT, cursum dirigere debemus etenim; vt nos graui laborantes infirmitate liberaret, sanguine suo pretioso fontem, & lauacrum fecit, vt Hebr. vltimo. *Propter quòd, & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populũ, extra portam passus est,* In quem qui se mittit; *Sanus fit à quacumque detinetur infirmitate*, vt in Euangelio.



DOM.

DOMINICA SECVNDA.

De cordis humani requie in solo DEO habenda.

Domine bonum est nos hic esse.
Mat. XVII.

SYMBOLVM.

TRIANGVLI figura, in cuius medio, CIRCVLVS conspicitur.

NOEMA.

DATVR VACVVM.

THEMA.

Satiabor, cum apparuerit GLORIA tua.
Psal. xxxvij.



TRIANGVLVS, figura est, tres habens angulos, CIRCVLVS verò, figura est annularis, qui à Mathematico sic definitur; CIRCVLVS est figura plana, vna tantum linea contenta, in cuius medio punctus est, à quo omnes lineæ ad circumferentiam ductæ, sunt æquales. *Symbolum pronunciatur.* *Trianguli, & Circuli definitio.*

Hæc, omnium planarum figurarum est perfectissima. TRIANGVLARIS figura, hominem; non solum quoad animam, verum etiam quoad corpus exprimere, certum est; quoad animam inquàm, quia ex tribus potentijs constat homo; memoria, intellectu, & voluntate, quibus, ad ipsiusmet æterni conditoris imaginem plasmatus est; prout Theologorum cœtus affirmat, sed de his hactenus, cum in nostro opere nuper typis excusso Solil. primo, fusius de hoc pertra- *Homo Triangularis figura est.*

tractatum sit. Quoad corpus etiam, homo figuræ Triangulari similis est, cũ ex carne, ossibus, & neruis (quæ partes principales illius sunt) compositus sit; sicuti CIRCVLARIS figura, Mundum hunc repræsentat, de qua Apost. primo ad Corinth. 7. dixit; *Præterit figura huius mun i.* Mundum hunc, figuram vocat Apostolus, quia ea facilitate, res huiusce mundi consummuntur, qua, figura in speculo repræsentata, deletur; vel figuram appellat Mundum hunc, quia esse permanens non habet, quemadmodum Mundus, qui ex figura Spherica, & circulari constat, de quo 2. Ioan. 2. *Transit mundus, & concupiscentia eius, & nihil est, quod permaneat sub Sole, propter continuam mutationem, & rerum vicissitudinem.* Et sicuti in rebus creatis; Quadruplex mutationis species apparet, scilicet ad substantiam mutatio, & hæc dicitur generatio, & corruptio; ad qualitatem, & nuncupatur augumentum; & ad Vbi, & dicitur sursum, & deorsum, ante, & retro, à dextris, & à sinistris; Ità spiritualiter, has mutationes continuè in mundo fieri (qui Sphericam figuram habet) experimur in dies. Prima enim mutatio, (quæ ad substantiam dicitur) quotidiè apparet, quia de natiuitate ad mortem (idest) de generatione in matris vtero habita, ad corruptionem in morte, properamus; vnde Iob. 14. *Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur & conteritur; & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet.* Altera mutatio (quæ alteratio nuncupatur) mille modis fit, vnde D. Bernardus in meditat. ait. In hac valle lachrymarum, est vita laboriosa, vita corruptibilis, vita amaritudine plena; hanc humores tumidant, dolores exterminant, ardores exsiccant, aëra morbidant, escæ inflant, ieiunium macerat, ioci soluunt, tristitiæ consummunt, sollicitudo coartat, securitas hebetat, senectus incuruat, infirmitas frangit, mœror deprimit. Hæc D. Bernardus ex quibus constat, quot alterationes patitur infelix homo dùm in hoc mundo commoratur. Mutatio ad quantitatem, Mundi diuitias respicit, quæ (vt plurimum) augentur, ac minuuntur, vndè qui-

Mundus figura circularis est

Mundus figura vocatur.

2. Ioan. 2.

Quadruplex mutatio in rebus creatis.

Mutationes quatuor in homine.

Mutatio ad substantiam qua.

D. Bernar.

Mutatio ad qualitatẽ qua.

Mutatio ad quantitatem qua.

quidam Philosophus hanc sententiam pronunciauit. Si bene volumus dicere veritatem; non propria, sed mutuata vocare possumus, quæ habemus; quia eam omnes in rota Fortunæ volubilis militemus, sæpe de diuitijs in paupertatem mergimur improuisè. Mutationem ad Vbi, Dominia respicit, & potestates. Nam duce experientia, videmus quod ij, qui in mundo primatum tenent, citò ad miseriam deueniunt, & qui in dextera florebant per potentiam, ad sinistrā per tristitiam labuntur, & tanto fortiùs conquassantur, quanto locus eorum erat eminentior; vnde D. Chrisost. super 2. cap. Mat. dicit. Semper enim grandis potestas, maiori timori subiecta est; sicut enim ramum arborum in excelso positum, etiam si leuis aura flauerit, mouet; sic & sublimes in culmine dignitatum existentes, leui nuncij fama conturbat; humiles sicut in conualle, plerumquè in tranquillitate consistunt. Hæc ille. His ergo mutationibus, Mundi huius figuram, Sphericam esse, cognoscimus. Quemadmodum ergo figura Triangularis, à Circulari nullatenus potest repleri, sic Mundus iste sphericus, animam hanc nostram explere nunquam poterit (quæ Triangulari figura exornata est) vt ex professo in nostro opere nuper edito Solil. 12. pertractauimus, quare aptissimum esse dicimus NOEMA huic SYMBOLO assignatum, quod est.

Mutatio ad Vbi qua.

D. Chrisost.

Exemplum.

Cōclusio quòd Anima nostra ab his, quæ in Mundo sunt satiari non potest.

DATVR VACVVM; etenim præter illa, quæ in nostra elucubratione Solil. 6. diximus; si homo omniū desideriorum suorum complementum haberet, adhuc in eius animo DARETVR VACVVM; Præclarissimum huius veritatis exemplum Salomon dedit, qui omnibus ijs, quæ ab homine in hac vita desiderari possunt, abundabat, tamen, Ecclesiaste 2. testatum reliquit; *Omnia, quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis, nec prohibui cor meum, qui in omni voluptate frueretur, & cet.* his verbis concludit, dicens; *Vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere sub Sole.* Vnde D. August. lib. Soliloq. cap. 32. dicit. Nemo potest in vtroque sæculo consolari; neque potest quis hic, & in

Noëma declaratur.

Salomon experientia didicit: DARI VACVVM. Eccl. 2.


D. Augustini deprecatio.

& in futuro gaudere; sed necesse est, vt vnum perdat, qui alterum voluerit possidere. Deinde subdit. In hac ergo vita, renuit consolari anima mea, vt digna habeatur tuis consolationibus æternis Domine Deus; nam iustum est, vt amittat te, qui in aliquo alio magis consolari eligit, quam in te. Rogo ergo te pater Sancte, non permittas me in aliqua vana consolatione consolari, sed peto, vt omnia mihi amarescant; vt tu solus dulcis appareas animæ meæ, qui es dulcedo inæstimabilis. Hæc ille. Quòd etiam Regius Psaltes, experientia didicerat, vt in præassumpto THEMATE affirmauit, videlicet.

Dauidis autho vitate comprebatur.

SATIABOR, CVM APPARVERIT GLORIA TVA; quæ sola humanum intellectum quietare potest, D. August. teste l. primo Confes. *Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.* Quibus verbis perspicuum apparet, quòd in hoc pręsenti sęculo semper; DATVR VACVVM; & D. Bern. lib. de perfecta conuers. Regul. c. 36. id magis expressit, dicens. Ad imaginē Dei facta anima rationalis; cæteris omnibus occupari potest, repleri nō potest. Capacem Dei, quicquid Deo minus est, non implebit. Sola igitur GLORIA Dei, satiare potest humanū appetitū, quia Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, quā attendens Petrus dixit; *Domine bonum est nos hic esse*, vt in Euangelio.

Thema explicatur.
D. August.
D. Bernar.
Gloria Dei sola hominum appetitum implere potest.



FER.

FERIA II. SECVNDÆ.

De varijs supplicijs propter peccatum; Animæ inflictis.

Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini.
Ioan. IIX.

SYMBOLVM.

HOMO, dorsum versus SOLEM habens, eius VMBRAM, iugiter ante oculos cernit.

NOEMA.

HORROR ANTE ME.

THEMA:

Verterunt ad me TERGA, & non FACIES suas.
Ierem. xxxi.



MBRA, aër est Sole carens, quæ alicuius corporis obiectu fit, ac præsertim Nubium: quare prouerbiali hyperbole is, qui trepidat, cùm ei nulla timoris causa subsit, suamipsius metuere VMBRAM dicimus. Hunc inquam peculiarem peccati effectum esse dicimus, de quo Regius Psaltes peccatores alloquens, dixit; *Et trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Corpus hoc, quod est impedimento, ne Sol iustitiæ Christus gratiæ suæ radijs, cordis nostri tenebras illuminet, peccatum est, de quo Apostolus dicebat; *Vt destruatur corpus peccati*; Quo mediante non modica interpositio facta est inter nos, & nostrũ Creatorẽ, & est illud *Magnum cahos, quod firmatum est inter nos, & ipsum Deum*, Pecca-

Symbolum pronunciatum. Vmbra quid.

Prouerbium.

Psal. 52.

Peccatum corpus dicitur.

tor igitur, antequam læthali culpa maculatam haberet animam, ad Solem Christum, cordis sui faciem habebat; at perpetrato (etiam per solam voluntatem) delicto, ad Deum terga vertit, prout nonnulli peccatum ipsum definientes, dixerunt, quòd est; auersio à summo bono incommutabili, & conuersio ad creaturam, quæ est bonum commutabile, ac per consequens, VMBRAM præ oculis iugiter habet, quapotissimum de causa infelix, in perpetuo timore viuit; Prou. 28. dixit. *Fugit Impius nemine persequente;* Cuius timoris causam Iob 5. assignauit, dicens; *Sonitus timoris semper in auribus illius;* Nam conscientia (vt vulgo dicitur) mille testes, & hæc incessanter aduersus eum clamat, & ob id varijs cruciatibus affligitur miser peccator, & vt ipsemet Iob. 15. dicit; *Cum pax sit, ille semper insidias suspicatur.* Quando inimicus dormit, quando animalia quiescunt, & omnia silent, tunc peccator in continuo viuit timore. In pace prædo, aut vastator veniet illi (sic littea Hebræa habet) & vt D. Ambr. in psal. 35. *Dixit iniustus, & cet.* Error noster, tanquàm malus exactor occurrit, vel tanquàm malus fœnerator conueniens debitorem, & D. Crisost. ait; Nunquam quiescit, sed & domi, & in foro, & in templis, & in mensa, & dormientem, & surgentem adoritur. Ab hoc miserrimo statu Rex pœnitens liberari cupiebat, cum Deum illis verbis exorabat; *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper;* Nam vt Euthimius ait; Conscientiæ meæ oculis, noctu, diuque illud cerno, & D. Theodoretus super psal. 50. ait; Semper malorum meorũ imagines, & peccata audacter perpetrata perspicio, & nocte somnio, interdiu mente reuoluo; Quare peccatum (vt diximus) veluti vmbra est, quam, dùm homo dorsum versus Solem habet, impossibile est, quòd eam præ oculis non habeat, quòd si oculos claudit, ac postea aperit, primum quod ei occurrit, eius vmbra est, si à dextris, vel à sinistris se vertit, semper illius Vmbra se ei offert, ac per consequens in perpetuo timore vitam consummit, vnde Dauid psal. 38. in persona peccatoris clamabat ad Deum; *Remitte mihi, vt re-*

Peccator terga Deo vertit.

Peccati definitio.

Peccator semper timet.

Conscientia est festus.

Littera Hebr. *D. Ambr.*

Peccati effectus à D. Crisost. explicantur.

Psal. 50. Euthimij explicatio.

D. Theodoret.

Peccatum cur vmbra dicatur.

Psal. 38.

ftigeret priusquam abeam; Nam peccatum, D. Crisost. teste, hom. 17. in Gen. Mentem flagellat, cor laniat, & quouis tortore grauius apprehendit, & D. Augustinus super illud Psal. 117. *Fortitudo mea, & laus mea Dominus*; Peccatoris statum miserum describit, iuxtà NORMA, huic SYMBOLO aptatum, quod erat.

Peccati effectus describuntur.

HORROR ANTE ME, his verbis. Plerumque irruit nescio quid repentinum, fit conturbatio cordis, contremiscit terra, tonitruus datur de cœlo, horribilis fit impetus, vel strepitus; leo fortè videtur in via, fit conturbatio, latrones insidiantur, fit turbatio cordis, pauetur vndiquè, solicitudo incutitur. Vnde hoc? quia deseruit me fortitudo mea. Si enim maneret illa fortitudo, quid timeretur? Quicquid nunciaretur; quicquid frenderet, quicquid sonaret, quicquid caderet, quicquid horreret, non terreret. Sed vnde illa perturbatio? Deseruit me fortitudo mea. Hæc inquam fortitudo, Dei gratia est, quæ fidelem, antequam peccaret, reddebat tutum, ac fortem, sed perpetrato delicto; ipsummet peccatum, ei aufert securitatem, ac stabilitatem cordis, quia illum priuat Deo, qui est eius fortitudo, & virtus, quarè meritò, veluti is, qui terga ad Solem vertit, eius VMBRAM habet semper ante oculos, vnde peccator, propter timorem, ab ipso peccato inflictum, dicere potest, HORROR ANTE ME, quia, vt in assumpto THEMATE.

Norma declaratur.
D. Augustini doctrina.
Dei gratia fortitudo animæ dicitur.
Applicatio.

VERTERVNT AD ME TERGA, ET NON FACIES, quòd ad inuerecundiam spectat. Si enim aduersus aliquem, dorsum conuersum quis habuerit, statim, vt auertitur, supplex ab eo veniam petit, vt mihi parcas te exoro (ait) te enim non fueram intuitus. At peccator, ex professo ad Deum terga vertit, vt ipsemet Deus queritur; VERTERVNT AD ME TERGA, ET NON FACIES. Ac si diceret. Me contemnunt, & ad cordis desideria conuertuntur, legem, & præcepta mea contemnentes, ex quo sequitur, quod Deum ad iram prouocat peccator, & cœlum, cunctaquè creata,

Thema explicatur.
Peccatoris inurbanitas.

Omnis creatura peccatorem persequitur.

arma aduersus eum fumunt, vt sui Creatoris vindictam sumant: Templum Romæ nomine Pantheon antiquitus erat, Deorum vniuersitati ab illis superstitiosis dicatum, in quo (vt historiæ referunt) Romanorum Deus erat, quem aliarum Prouinciarum Dij omnes respiciebant. Quotiescumq; ergo Prouincia aliqua à Romano Imperio, cui subiacebat, abducebatur, confestim Deus illius Prouintiæ, quæ à fide defecerat, aduersus Romanorū Deum terga vertebat, quod certissimum rebellionis signum erat; Quo facto, Romani Duces suos, & exercitum ad illam deuastandam mittebant. Cuiuslibet fidelis Anima, Templum Dei est, in quo ipsemet requiescit, & summopere delectatur, iuxtà Apostoli dictum, *Templum Dei, quod estis vos.* In ea inquàm, veluti in ornato Templo, Dei Maestas (qui est Rex super omnes Deos) commoratur, in qua plures virtutes adsunt, illam exornantes, quibus mediantibus, nos Dij efficimur, vt in psalmo. *Ego dixi vos Dij estis, & filij excelsi omnes*, Quòd per adoptionem, & per electionem intelligendum est. Verum, sæpè accidit, quòd dum virtute deficiente, vitium suboritur, illi virtuti contrarium; tunc Deo terga vertimus, quod iam factæ rebellionis præclarum est inditium; quare iuxtà Dei decretum; cœlum arma sumit, omnisquè creatura ad vltionem paratur; leo viso homine sæuit, Tygris vngues parat; Vrsus ira accenditur, & cuncta animalia, ei insidias parant.

Romanorum superstitio.

Anima fidelis Dei Templum dicitur

Virtutes animæ ornamentum.

Applicatio.

Creaturæ peccatorem persequuntur.

Quare comminatio in hodierno Euangelio facta, ab ipsomet Christo, valde pertimescenda est; dicente. *Ego vado, quæretis me, & in peccato vestro moriemini.*



FERIA

FERIA III. SECVNDÆ.

De SACERDOTII excellentia.

Quæcumque dixerint vobis, facite, &c.
Mat. XXIII.

SYMBOLVM.

ARBOR procera, magna fructuum copia onusta.

NOEMA.

NVNQVAM SPOLIATA.

THEMA.

In medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis, LIGNVM VITÆ, afferens fructus duodecim, per menses singulos, reddens fructum suum, & folia ligni, ad sanitatem gentium.
Apoc. xxij.



QVEMLIBET hominem, ARBOREM quandam esse, cæcus ille à Christo illuminatus dixit Mar. 8. *Video homines, quasi Arbores ambulantes*; Cuius similitudinis ratio, Græcorum antiquorum sententia comprobatur, qui hominem hunc Antropos vocauere, hoc est Arbor inuersa: etenim; si hominis figuram contemplamur, eam euersæ Arbori similem esse fatebimur. Arbor nanque fixas habet radices in terra, à qua humorem attrahit, quo sustentatur, eius rami cœlum versus tendunt; si bona est, bonos fructus; si verò mala, malos facit. Hæc eadem de homine possunt dici, qui cum sit Arbor euersa, radices, idest capillos sursum habet à cœlo influentias attrahentes, prout radices à terra. Eius rami, hoc est brachia. & tibiæ, deorsum sunt, quòd si

Symbolum pronuntiatur Homo Arbor dicitur.

Hominis cum Arbore similitudo.

bonus est homo, bonorum operum fructus vberrimos germinat, sin verò malus, malos fructus; hoc est vitia quamplurima ex eo prodeunt. Hæc inquam est huiusce arboris conditio. At in duplici statu hæc Arbor mystica considerari potest, etenim antequam peccaret homo, nullatenus Arbor inuersa vocari poterat, qui in amœnissimo terrestris Paradisi viridario, ab ipsomet diuino Artifice rectus, creatus fuit, Philone Hebreo teste, ac dicente. Plantator ille Deus opt. max. fecit hominem rectum; & hoc non solum quoad corpus de terra Virgine plasmatum, sed etiam quoad animam, dono iustitiæ originalis exornatam; in quo felicissimo statu, sensus non erat ad malum pronus, caro infirma non erat, quæ spiritui, spiritus verò Deo subiectus erat, at peccato perpetrato; Arbor hæc incuruata est, vnde Regius psaltes, nomine primi parentis, dixit; *Euersus sum, vt caderem;* Quo sanè tempore, euersi Arboris nomen accepit, ac veluti, infructuosa Arbor, de illo delitiarum loco, eiectus homo, & in huius mundi deserto transplantatus est. Quæ curuitas à Christo Redemptore, in Crucis ligno, virtute Sacramentorum, ab eo tunc temporis, denuò fuit erecta, quare vnusquisque fidelis in gratia constitutus, virtute Sacramentorum, quę à Christi sanguine efficaciam habent, Arbor recta nuncupari potest. At cum hoc præclarum donum à Christi pietate proueniat, qui Sacramenta instituit: conueniens erat vtiquè, vt ex fidelibus, aliquos ordinaret, qui ipsa Sacramenta cæteris ministrarent, hæc enim hominibus lapsis necessaria sunt; at quia nullus ministrare, aut dispensare potest thesaurum alicuius Regis, nisi de eius licentia, & mandato (quem iam fidelem probauerit) hinc est, quod Sacerdotes elegit, tanquam thesauri sui fideles dispensatores, de quibus Apost. *Sic nos existimet homo* (homo inquàm peccator) *vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Quare duo, hominibus in terra viuentibus, necessaria esse dicimus. Primum ipsa gratia, per quam regenerantur, & perficiuntur, vt apti sint intrare in Regnum cœlorum, verum; quia ista gratia, per visibilia Sacramenta confertur, ideò necessarium est secundum

Homo Arbor mystica in duplici statu consideratur.

Philo. Hebr.

Homo Arbor, quando incuruatur

Christus homini curuitatem Crucis ligno erexit.

Sacerdotij Institutio.

Sacerdos Thesauri cælestis minister. 1. Cor. 4.

Duo fidelibus necessaria; Gratia, & Authoritas.

authoritas scilicet, seù officium administrandi ipsa Sacramenta, & in his duobus, totum salutis hominum complementum est. Nam sicut in hominis ipsius generatione, Deus, & homo concurrunt, ita quod homo corpus administrat, & Deus animam creat; ità sanè ad regenerandum, & reparandum hominem lapsum per Sacramenta (quæ res visibiles sunt, & corporales) duo concurrere debent; Deus, & homo, vt scilicet homo, Sacerdotali dignitate decoratus, Sacramentum visibile administret, & Deus creet ipsam gratiam, nam Sacramentum, est sicut corpus, & gratia sicut anima, quæ quidem gratia inuisibilis est, per illud Sacramentum fidelibus collata, vnde in ipsius Sacramenti definitione dicitur, quod est visibile signum inuisibilis gratiæ. Ex quibus colligitur, quòd sicuti potestas, ministrandi corpus, homini data est, at creandi animam, non potuit ei dari, quia Soli Deo conuenit; ita potestas ministrandi Sacramentum visibile, debuit dari homini, idest Sacerdoti, qui veluti ARBOR procera verborum, & exemplorum fructus vberrimos omni tempore debet emittere. iuxtà NOEMA huic SYMBOLO assignatum, quòd est.

Conuenientia inter creationem, & recreationé hominis.

Gratia per Sacramentũ visibile collata inuisibilis est.

Creandi potestas soli Deo conuenit.

NVNQVAM SPOLIATA, supple, esse debet; nam omnes alios fideles vita, & moribus excellere debent Sacerdotes, quorum officium est, orationibus, instructionibus, exẽplis, & doctrinis peccatores Deo reconciliare, tanquam ministri eius, illosquè Christo reddere renouatos, & per pœnitentiam mundos, ex quo magna merces, & remuneratio eis datur; Vnde Origenes super Leuit. ait. Si assumpseris peccatorem (Sacerdotem enim alloquitur) & monendo, docendo, orando, instruendo adduxeris eum ad pœnitentiam, ab erroribus correxeris, à vitijs emendaueris, & effeceris eũ talem, vt eo conuerso, propitius fiat Deus pro delicto, propitiasse diceris. Si ergo talis fueris Sacerdos, & talis fuerit doctrina tua, & sermo tuus, pars tibi datur eorum, quos correxeris, vt illorum meritum, tua merces sit, & illorum salus, tua sit gloria coram Deo. Hæc ille. Quibus verbis, quosnã fru-

Noëma declaratur.

Sacerdos Christi minister est.

Orig. in Leuit.

Sacerdos veluti Arbor procera, quos fructus germinare debet.

fructus pro populo sibi commisso, producere debeat, appatet. Et quemadmodum magnus Sacerdos induebatur bisso vsque ad pedes, vt Exod. 28. legitur. *In capite laminam auream habebat, in pectore verò rationale, quod erat ex duodecim lapidibus præciosis, in quatuor partes desinitum*; Sed pannus super quo habebat lapides illos, erat duplex, vt fortior esset, & habebat humerale bipartitum, & semel tantum in anno intrabat in Sancta Sanctorum, vbi interdum apparebat Dominus; Ita bisso vestitus esse debet Sacerdos quilibet, per puritatem, & carnis mundiciam, qua toto vitæ suæ tẽpore pollere debet. Vsque ad pedes, vestis hæc attingere debet, alioquin Dominum videre non posset, nec illius Sacramentum dignè sumere. Rationale insuper in pectore debet habere Sacerdos, quia Sacræ Scripturæ scientiam (quæ in duodecim Prophetis per quatuor Euangelia distinctis consistit) Sacerdos scire, meditari, docere, & secundum illam operari debet. Pannus sustentans, qui duplex est, ne frangatur; significat, quod, qui prædicat; quod ore profert, id opere debet complere, ne eius prædicatio contemnatur; Humerale bipartitum, Sacerdotis opera innuunt, quæ in contemplationis requiem, & prædicationis laborem consistunt. Semel tantum intrabat in Sancta Sanctorum, quia semel, scilicet in fine vitæ suæ in cęlorum regnum intrabit, vbi Deum facie ad faciem videbit. Et ita erit, vt in THEMATE.


Summus Sacerdos quomodo induitur.

Sacerdotis indumenta quæ.

Applicatio.

Thema explicatur.

LIGNVM VITÆ afferens fructum duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium; & tunc cuncti fideles. iuxtà Christi præceptum in Euangelio, *Quæcumque dixerint, facient.*



FER.

FERIA IV. SECVNDÆ.

De Tribulationum fructu vberrimo.

Ecce ascendimus Hierosolymã, et filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, etc.
Mat. XX.

SYMBOLVM.

AVRVM in IGNE ad probandum positum.

NOEMA.

PROBATVM ÆSTIMOR.

THEMA.

Tanquam AVRVM in fornace, probauit electos Dominus.
Sapient. iij.



VRVM, omnium metallorum præstantissimum est, ab aura, hoc est, à sple ndore ita appellatum, cum Solis radiorum, cæteris metallis, sit magis receptiuum, quod; vt ab auro alchimico cognoscatur, ab Artifice in igne ad probandũ ponitur, nã quandiu est ibi rubigo, vel mixtũ extranea semper fumigat, qua cessante fumigatione perfecti auri signũ est. AVRVM hoc, hominem iustũ innuere, dubiũ non est, qui Solis Christi radios gratiæ suæ prè cęteris recepit, quare; vt ab auro alchimico, idest ab eo, qui solum nomen Christiani habet, cognoscatur; IGNE tribulationis iugiter probatur, cũ Tribulatio potissimum medium sit ad hoc præstandũ; expositus enim homo tribulationis examini, si per murmurationes, vel blasphemias fumigat, signum est, quod sibi non erat perfectæ patientiæ aurum, sed erat color sophisticus, arte

Symbolum pronunciatur. Auri dignitas.

Homo iustus Auri dicitur.

hypocrisis fabricatus; sed cum æquè aduersa, vt prospera tolerantur, optimæ patientiæ signum est, & ex tali auro cœlum exornatur. Mat. 5. *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Quare iustus dum viuit tribulationum sagittis continuò percussus, illud Thren. 3. dicere potest. *Posuit me quasi signum ad sagittam.* Etenim homo alterum Sagittarium sursum habet, alium verò deorsum, qui eum sagittis feriunt, quarum; aliæ ad vitam; aliæ vero ad mortem, sunt ordinatæ. Christus igitur, de cœlo tribulationum sagittas aduersus iustum immittit, vt his mediantibus illius meritum augeatur, vnde Apoc. 7. habetur, quòd cum Ioannes vidisset quandam multitudinem personarum in cœlo, vestes lucidissimas habentes coronas in capite, & in manibus palmas, quasi victores gestantes, cum interrogasset, qui nam isti essent, & vnde venirent, ab Angelo fuit ei responsum: *Isli sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine Agni.* Ac si diceret. Isti inquàm sunt, qui in mundo ab omnibus conculcabantur, qui fortunæ ictibus erant expositi, qui paupertate præmebantur maxima, qui iniurijs erant affecti, qui sagittis tribulationum quamplurimis confodiebantur; quorum vita, continua pęna erat; modo, sors eorum in meliùs est commutata, iam in summo honore, & gloria constituti sunt, & pro tribulationibus iam passis, cœlorum Regnum sunt adepti. Tribulationum sagittæ quæ à diuinæ clementiæ Arcu immittuntur erga iustum, ad vitā ordinantur, Apostolo teste; Hebr. 12 *Flagellat omnem filium, quem recipit.* Multos habet filios Deus; Alter emanatione naturali filius nuncupatur, & vnicus est iste filius, à patre solo; per modum intellectus genitus, de quo Psal. 2. *Filius meus es tu, ego hodiè genui te*, Alij sunt filij adoptione. & ità cuncti fideles, siuè iusti, siuè peccatores, filij Dei fieri possunt; Ioan. primo; *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Alios denique habet electione filios, quos ad futuram Regni cœlestis hæreditatem consequendam, elegit; iuxtà illud: *Elegit nos ante mundi constitutionem*; Omnem igitur filium, tribulationum sagittis flagellat pijssimus ille æternus Pater.

Tribulationibus iusti probantur.

Duo Sagittarij aduersus hominem.

Christus iustū amoris sagittis percutit. Apoc. 7.

Martyrum passiones variæ

Christi sagittæ ad vitam ordinantur.

Multos filios Deus habet.

Omnem filium Deus flagellat.

Vni-

Vnigenitum enim filium suum, pòst carnis assumptionem, an flagellauerit, nec ne, ipsummet audiamus, dicentem; *In me transierunt iræ tuæ*; quare per totum temporis spatium, quo nobiscum conuersatus est, semper illa Sacrosancta humanitas, tribulationum sagittis, & flagellis persecutionum exposita fuit, ac demum; *A planta pedis, vsquè ad verticem summum, non erat in eo sanitas*, Flagellis tribulationum pariter adoptiuos filios (vel qui fieri possunt) percutit, quòd si peccatores sunt, vt resipiscant, & pœniteant eos tribulationũ sagittis percutit, quare; non ad interitum, sed potius ad vitam ordinãtur tribulationes: si verò iusti sunt, & electi, quos ante mundi constitutionem elegit, hos tribulationibus premit, vt promissum illis præmium adaugeatur. Est, & alter Sagittarius, qui deorsum, tribulationum sagittas aduersus iustum assiduè dirigit, quæ ab iniquitatis suæ arcu iaciuntur, ob inuidiam; nollet enim, quòd homo æterna gloria frueretur, quam ipse propria culpa perdidit, quare; diuersis tentationum sagittis aduersus hominem iustum dirigit, qui Amoris sagitta erga Deum in corde vulneratus, ictibus à Diabolo inflictis, insensibilis fit. Antiquitus, cum aliquem sagittis configere volebant, primam in illius corde dirigebant, quo vulnere accepto, illicò moriebatur, quare alias sagittas in eum preiectas, non sentiebat. Hoc inquàm modo cum aliquem iustũ Tribulationum sagittis percutit, pijssimus Deus, primum in corde illius proijcit, quare, diuino vulneratus amore, ad Diaboli sagittas, insensibilis efficitur, & tunc, veluti AVRVM in IGNE positum, dicere potest, vt NOEMA huic SYMBOLO aptatum, dicit.

Christus à Deo patre flagellatus.

Tribulationes ad salutem dantur.

Diabolus sagittarius est aduersus hominẽ

Iustus Diaboli sagittis insensibilis.

Antiquorum consuetudo.

Applicatio.

PROBATVM, ÆSTIMOR; intellige; in igne tribulationis, ab ipso Deo immisso, qui ignis appellatur, vt in Deut. 4. *Deus noster ignis consumens est*. Cinis materia est apta ad conseruandum diù ignem, & cum experiri volumus an sub cinere adsit ignis, tunc ligno cinerem amouemus, & illicò apparet latens ignis. Primus parens propter peccatum ab eo patratum, terræ nomen accepit ab ipso Deo *Terra es, & in terram reuerteris*; Quæ ex natura sua cruda est (sicuti Adam

Noëma declaratur.

Deus Ignis est

Adam Cinis fuit: Peccati cruditas.

post peccatum crudus effectus est) in quo infelici statu vnusquisque, qui ab eo originem contraxit, permansit; vsquequo Dei filius è cœlo descendit; *Et Verbum caro factum est*, qui in terram attulit iguem, vt arderet, ipsomet hoc testante Luc. 12. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi, vt ardeat?* Quo quidem tempore, per hunc ignem, omnis peccati cruditas decocta est, ac pœnitus euanuit, & tunc terræ nomen amisit, & cineris nomen assumpsit; qua de causa, Sancta Mater Ecclesia, vt hunc felicem statum, à Christo Redemptore operatum ad fidelium memoriam reuocet, in die Cinerum, cinerem ex ramis oliuarum factam super caput hominũ imponi iussit, his verbis; *Memento homo, quia Cinis es, & in Cinerem reuerteris*. Cor hominis fidelis igitur, Cinis est; quare ad probandum, an diuini amoris ignis in corde iusti lateat, ligno vti opus est, ligno inquam Crucis, & tribulationis, de quo Regius Psaltes dicebat; *Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt; Virga* inquàm; dum in his quæ ad corpus pertinent percutitur iustus; *baculus*; dùm in his, quæ ad animi mœrorem spectant, patitur. Hoc inquam modo, experitur Deus, an in homine fideli amoris sui ignis lateat, qui illicò scintillas vndequaq; emittens, dicit; PROBATVM ÆSTIMOR, quare id, quod in assumpto THEMATE dicitur, verum apparet; quod est.


Homo terra, cinis factus est

Cor hominis cinis est.

Ligno Tribulationis Deus experitur an in corde fidelis amoris ignis reperiatur.

Thema explicatur.

Tanquam AVRVM in fornace, probauit electos Dominus; quę verba D. August. super ps. 60. ait. In fornace ardet palea, & purgatur Aurum, illa in cinerem vertitur, & hoc sordibus exuitur. Fornax est Mundus; AVRVM iustus; IGNIS Tribulatio, & persecutio, Artifex DEVS, cuius filius hodie Crucem, & tormenta, ascensum vocat, vt in Euangelio, *Ecce ascendimus Hierosolymam, &c.*



FER.

FERIA V. SECVNDÆ.

De IGNE Infernali.

Mortuus est diues, & sepultus est in Inferno.
Luc. XVI.

SYMBOLVM.

LARIX arbor, MANIBVS è terra euulsa, in IGNE ponitur.

NOEMA.

COMITE NEQVITIA.

THEMA.

Horrendum est incidere in MANVS DEI viuentis.
Hebr. x.



ARIX (si Theodoro credimus) quoddam genus Arboris est, Abieti, & Pino cognatum, IGNEM nullatenus per se concipiens, eò quod plurimum terrestris, aqueæquè habeat substantiæ, minimum autem igneæ, aut aëriæ, & vt Plinius lib. 16. hist. ait; LARIX arbor quædam est, quæ igne non comburitur, quin potius in ignem proiecta, ac si lapis esset, eius flammis resistit; Quòd Cæsar circa ciuitatem Gezgobiam experimento didicisse refert Cel. 6. lect. antiq. Ibi enim Turris ex hoc ligno fabrefacta, cui ignem apponi iussit, quæ etsi flammis vndequaquè circundaretur, nullum detrimentum recepisse referunt historiæ. Homo Arbor quædam est (vt superius dictum est) qui dum viueret, contemptis cęlestibus, sola terrestria æstimauit, morte pręuentus, ab aquis peccatorum se submergere videns, clamauit; *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsquè ad animam meā;*

Symbolum pronunciatur. Larix quid.

Plin.

Cęsaris experientia.

Homo Arbor est.

Insi-

Infixus sum in limo profundi, & non est substantia; psal. 68. Quare impœnitentis mortuus, ad Infernum à Diabolo trahitur; vbi veluti LARIX, continuò ardet, nec vnquam comburitur, sic diuina disponente Iustitia.

Peccator impœnitens in Infernum tanquam Larix ponitur.

In Inferno igitur peccatoris anima æternaliter collocatur, ac punitur, & post corporum Resurrectionem, corpus pariter cruciabitur in illo igne, & veluti LARIX totus homo ardebit, nec consummabitur. Cuius punitionis causa, Dei contemptus per delectationem fuit, & quia delectatio per suum oppositum debet puniri (quod est per tristitiam, & afflictionem (cum ignis inter omnia, sit magis afflictiuus, meritò illa maligna delectatio, per corporalem ignem, qui comburit, & non consummat, & inextinguibilis est, puniri debet, vndè ipsa peccatoris anima, veluti LARIX, inseparabiliter igni corporali alligata est, contra suam voluntatem in Inferno, vbi æternaliter punitur, quare conueniens est NOEMA huic SYMBOLO aptatum, quod est.

Cur Deus elemento ignis vtatur ad puniendũ peccatorẽ.

COMITE NEQVITIA. Pro cuius declaratione, notandum est, quòd Anima dùm in corpore fuit, extrà Deum, immò contra Deum, non solum operibus, sed ipsamet voluntate, inimicam ipsi Deo se præbuit, quia de causa omnia illa mala sibi theaurizauit, vnde sibi postea æterna tristitia orta est, quare ipsamet anima sibi ipsi tormentum aptauit, & cum nullus post mortem peccatori detur pœnitentiæ locus, hinc est, quod in sua iniquitate perseuerans, COMITE NEQVITIA in æternum dupl ci pœna in Inferno punitur; pœna inquam damni, & pœna sensus. Damni pęna in hoc consistit, quod in perpetuum hominem diuino priuat cõspectu, & hęc maior pœna à Theologis censetur, quàm pęna ignis illius sempiterni, à quo absque vlla tormentorum vicissitudine perpetuò cruciatur damnatus, & hæc damni pęna, materialiter æqualis erit omnibus damnatis (vt aiunt Scolastici). Hæc autẽ pęna sensus, duplex est, interior, & exterior; Interior, est, vermis conscientiæ; qui damnati mentem supra modum torquebit, dum ad memoriam reuocabit, se per propriam culpam, tam immensum bonum (qualis est Beatorum gloria)

Noema declaratur.

Pœnitẽtia post mortem non datur.

Duplici pœna peccator punitur.

Mag. in 4. d. 50.

Scot. ibidem.

Pœna sensus duplex est.

Pœna sensus interior.

per-

perdidisse, quæ sanè tristitia ex hoc orietur; quia illam sua culpa amisisse recordabitur, & cum hoc incessanter cogitare cogatur, sic nullo interposito temporis momento tristabitur, quam sanè cogitationem nunquam perdet, ex qua summa NEQVITIA (quam habebit COMITEM) iugiter ei inerit. Exterior verò gehennæ ignis est, quo in perpetuum patientur damnatorum corpora; æquum enim est, quòd sicuti in anima simul, & corpore peccauerunt, sic in futuro in anima per pœnam interiorem, idest per conscientiæ vermem puniantur, in corpore verò post vniuersalem corporum Resurrectionem, perpetuò igne (veluti LARIX, quæ ardet, & non consumitur) sint afflicti, quæ quidem exterior pœna, pro delictorum qualitate, maior, vel minor erit, & tunc Apostoli comminatio adimplebitur, dicentis, vt in assumpto THEMATE.

Pœna sensus exterior.

Pœna damnatorum inæqualis.

Horrendum est incidere in MANVS Dei viuentis; Quæ sanè verba, Animæ peccatoris, ex hac vita migrantis, aptari possunt, qui impœnitens moritur, tunc enim IN DEI VIVENTIS MANVS INCIDIT, ad differentiam DEI in Cruce mortui, nam dùm peccatoris anima, corpori coniuncta erat, & peccatum peccato adijciebat, DEVS dicebatur mortuus; dissimulans peccata eius propter pœnitentiam, sed cum impœnitens anima separata est à corpore, tunc in MANVS DEI VIVENTIS INCIDIT. Hisce inquam Manibus (veluti LARIX è terra corporis euulsa) in Ignem æternum proijcitur. Sed, vt DEI VIVENTIS MANVM effugiamus, in MANVS DEI Mortui vnà cum Dauide, dicamus; *Melius est, vt incidam in MANVS Domini* (scilicet mortui) nam postquam Christus (qui erat DEVS) cruci affixus est; MANVS DEI viuentis, factæ sunt Manus Dei passi, & mortui. Habet nanq; suos digitos Dei viuentis Manus, sicut & illa Dei mortui. Manus Dei mortui, eius ineffabilem clementiam exprimit, cuius digiti quinque, desiderium summum, quod salutis nostræ habet Deus, manifestant; Quorum primus, Pollex dicitur à pollendo, & quod vi, & potestate inter cæteros digitos Manus pollet; eius misericordiam prè cæteris Attributis pollentem, indicat; de qua Regius Psaltes dixit psal. 14. *Misera-*

Thema explicatur.

Deus dissimulans peccata dicitur mortuus.

Quinque digiti Manus Dei mortui.

Pollex.

Index. *tiones eius super omnia opera eius*. Secundus, Index vocatur, quòd illo indicamus, & aliquid ostendimus, Dei voluntatem nostræ salutis innuit, quare multis modis, vt ad eum conuertamur, nos exorat; vnde Zach. primo ait; *Conuertimini ad*
Medius. *me, & ego conuertar ad vos*. Tertius Medius dicitur, quia in medio aliorum situs est, & alijs longior apparet, eius patientiam declarat, qua peccatorem expectat; *Dissimulans peccata* (vt diximus) *propter pœnitentiam*, vt Ecclesia recitat. Quartus Annularis nuncupatur, quia vt Macrob. l. 7. c. 13. satur.
Annularis. scribit, Veteres in hoc potissimum digito, annulos gestare solebant, in quo, vena est, quæ ad cor dirigitur; diuinos impulsus, quibus iugiter peccator ad delictorum suorum detestationẽ inuitatur, præmonstrat; *Ego sto ad ostium, & pulso*. Postremus
Auricularis. omnium, Auricularis nuncupatur, quo aures mũdantur (& est digitus ceterorum minimus) facilitatẽ, qua peccator ad Deum reuerti potest, ac præcipuè, concionibus mediãtibus, declarat. Quibus Fides viua acquiritur, *Fides enim ex auditu* (dicebat Apost.) *auditus verò, per Verbum Dei*. Ad hãc igitur Manum

Horrendum est incidere in Manus Dei. Quinque digiti Mãnus Dei viuentis.

tanquam ad tutũ Asylum, confugere debet peccator, ne morte præuentus; IN MANVS DEI VIVENTIS INCIDAT, vt in THEMATE quæ illius Iustitiã innuit. Cuius Pollex, omnipotentiam Iudicis, in animæ peccatricis iudicio, indicat, nam
Pollex. prolata sententia mortis æternæ aduersus peccatorẽ, creaturæ omnes, ad eam exequendam conabuntur, & præcipuè Ignis, de quo Isai. *Ignis eorum non morietur*. Index significat, quòd
Index. omnia nuda, & aperta erunt ei, etiam ipsius cordis abscondita; nam vt Ecclesia canit; *Liber scriptus proferetur, In quo totum*
Medius. *continetur, Vnde Mundus iudicetur*. Medius, pęnæ ęternitatẽ
Annularis. indicat, nam *In Inferno nulla est redemptio*. Annularis, consciẽtiæ vermem significat, de quo Isa. *Vermis eorum non morietur*.
Auricularis. Auricularis demum, pœnitentiæ executionem demonstrat, nam illicò Demones peccatoris animam rapient, vt patet in Euangelio de Diuite Epulone, *Qui sepultus est in Inferno*.



FERIA VI. SECVNDÆ.

De Ingratitvdinis Vitio.

Hic est HÆRES, venite occidamus eum.
Mat. XXI.

SYMBOLVM.

LACVS, ex quo quamplures SERPENTES exeunt.

NOEMA.

AB INGRATO, PEIORA.

THEMA.

LACVM aperuit, & effodit illum.
Psal. vij.



ACVM, insanum malefica vi appellatum, Iuba Mauritaniæ Rex in Troglodytis esse refert, vt Plinius lib. 31. hist. c. 2. narrat, qui ter in die amarus fit, & salsus, ac deinde dulcis: totiesquè etiam noctu, de quo albi serpentes miræ magnitudinis exeunt. Lacvm hunc, Ingratorum hominum cœtum innuere, non est cut dubitemus, ex quibus aqua dulcis promissionum, ac dulcium verborum scatere videtur, antequam beneficium recipiant, quo accepto, illud sempiternæ obliuioni tradunt, & illicò ab eis verba, & facta, omni amaritudine affluentia, emanant: hi veluti serpentes, albedine inuidiæ conspersi, oculis eminentibus, inflato collo, & tumidis ceruicibus, iniquitatis ad intrà, latentis venenum aduersus eum, qui beneficium contulit, iugiter euomere student. Nec mirum est, cum homo dicatur obliuio; nam vbi in Iob c. 15. legitur: *Quis est homo?* littera Hebrea habet; Quis est Enos? quod nomen, obliuiosus inter-

Symbolum pro nunciatur. Lacus cuiusdã mirabilia.

Ingrati animi natura.

Homo Obliuio interpretatur. Littera Hebrea

prætatur; Quare omiſſis ijs, qui extra fidem Catholicam viuunt, de quibus Apoſtolus ait, *His qui deforis ſunt, quid ad nos?* de homine baptizato ſermonem habens, qui ad ipſiuſmet Dei imaginem creatus quoad animam, ſimilitudine etiam illa decoratus quoad corpus, quòd ab ipſomet Dei filio in temporis ſimilitudine erat aſſumendum, de quo plura in noſtro opere, nunc typis excuſſo ex profeſſo diſſeruimus, Soliloquio primo, vt ſeipſum intuens, Creatoris ſui neceſſariò recordaretur, & in illius deueniret cognitionem; donis inſuper quamplurimis, tum naturalibus, tum ſupernaturalibus affluens, ac potiſſimum Redemptionis opere, à ſæuiſſima Dęmonis poteſtate erutus; Sacramentis inſuper munitus; ipſe verò (qui Enos eſt, ideſt Obliuioſus) tam excelſis donis ſempiternæ obliuioni traditis, tantum aduerſus Creatorem, & Redemptorem ſuum, ingratitudinis venenum euomit, quod nil execrabilius inueniri poteſt, quare iuremeritò Ingratus; naturæ monſtrum, iuris violator, præuaricator legis, & debiti naturalis tyrannicus abnegator deſcribi poteſt, qui; ipſius naturæ principijs aduerſatur. Et adeò commune eſt Ingratitudinis vitium hoc, quod veluti magnum rethe, omnes homines comprehendit, qui tamquam ingratiſſimi, mala pro bonis Deo reddunt, & pro acceptis beneficijs, iniurias, ac contumelias rependere audent, quod ſummum malitiæ genus eſt, pro bonis, mala reddere; etenim; ſicuti bonum pro bono reddere, æquitatis eſt; reddere bonum pro malo, perfectionis eſt; reddere malum pro malo; infirmitatis; ſic reddere malum pro bono (quemadmodum nos facimus) ſummæ ingratitudinis, & peruerſitatis eſt. Sunt enim beneficia humanæ voluntatis compedes, & veluti catenæ aureæ, quibus aliquis hinc inde trahi deberet. Quod cum ita ſit; Quî fieri poteſt, vt animus noſter, pro tot acceptis à Deo beneficijs, non deuinciatur? *Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſidit te, & fecit te, & creauit te*; vt in Deuter. 32. habetur. *Quid enim habes homo, quod non accepiſti, & ſi accepiſti quod gloriaris quaſi non acceperis?* ait Apoſt. 1. Cor. 4. Tunc gloriatur homo ingratus, ſe à Deo dona non accepiſſe, cum

Homo à Deo multis donis decoratus.

Homo erga Deum ingratus.

Ingrati definitio.

Ingratitudinis vitium cõmune eſt.

Peccator pro bonis mala Deo reddit.

Beneficia compedes dicuntur

cum ijsdem aduersus vtitur. Linguam, pulchritudinem, fortitudinē, & cuncta alia naturæ dona, dedit homini Deus; diuitias insuper, honores, ac dignitates, cum alijs fortunæ donis, ac demum quamplura animi bona ei contulit, bonorum omnium largitor, verum enimuerò homo, veluti LACVS, qui in Troglodytis reperitur, aquarum dulcium dona, in amaritudinem, & salsedinem commutat, quare à LACV cordis sui, summæ Ingratitudinis serpentes mortiferi exeunt, Vndè sequitur aptissimum esse NOEMA huic SYMBOLO aptatum, quod est.

Homo, quomodo erga Deum ingratus est.

AB INGRATO PEIORA (intellige) PEIORA AB INGRATO, quàm ab ipsis serpentibus emanare; nam serpentes veneno corpora hominum tantum necant; Ingratus verò, conuitijs, ac maledictis, ipsum Deum lethali veneno (si fieri posset) inficeret, quare solus linguam à Deo, vt enarrare possit laudes Domini accepit, Diuo Isidoro teste, & ipse solus, illum blasphemat; pulchritudine accepta à Deo, fucis arte adinuentis, abutitur, vt facilius homo illaqueatus corruat; Fortitudine vtitur ad offendendum proximum; diuitiarum copia ad perpetranda delicta ei inseruiunt; honoribus Deum inhonorat, dignitatibus Tyrannus efficitur, & vt vno verbo dicam, quæ ab eo accepimus beneficia, ijsdem ad eum offendendum, vtimur, quare, Menandri dictum (vt Ausonius refert) verum esse cognoscitur, dicentis; Nil homine terra peius, Ingrato creat, nec ignoramus terram, Tigrides, Leones, Basiliscos, Dracones, & id generis alia procreare, tamen hæc omnia (vt diximus) superat Ingratus. Ex quibus, perspicuum apparet, verum esse NOEMA, huic SYMBOLO appositum, quòd AB INGRATO PEIORA, quàm ab ipsis venenosis serpentibus, expectanda fore. Quod sanè Ingratitudinis vitium, eo tempore maximè viguit, quo Vnigenitus Dei filius, assumpta carne, in hunc mundum venit, & in Iudeam conuersatus est; Tunc enim Iudaicus Populus, læthale venenum summę ingratitudinis in eum euomuisse, testantur scripturæ, qui

Noēma declaratur.

Ingratus serpentibus peior est.

Menandri dictum.

Iudaicus populus omnium ingratissimus

pro tantis beneficijs, illo ingrato populo collatis, Crucis supplicium subijt; Tunc enim propositum THEMA adimpletum est, vnde dicere potuit.

Thema explicatur.

LACVM aperuit, & effodit illum; idest Hæbreorum cœtus, ex quo tot serpentes albedine Inuidiæ aspersi (& hi Scribæ, & Pharisei fuerunt) virus in eum euomuerunt; Quare de eis quærebatur dicens Isai. 5. *Quid potui facere vineæ meæ, & non feci?* Vinea hæc, Hębreorum Synagoga est; hanc expectauit, vt faceret vuas, & fecit labruscas, quapropter; meritò illam *Alijs locauit agricolis*, & quia ipsummet Vineæ Dominum occiderunt, qui eum à longè videntes, dixerunt; *Hic est hæres, venite occidamus eum*; Ob id nobis, vineam suam locauit. Expectauit (& iugiter expectat) vt faciat fructum. Sed (ehu) quem fructum animæ nostræ vinea producit? Moysen audiamus; *Vua eorum, vua fellis est, botrus amarissimus*, quare timendum valdè est, ne nobis pariter eueniat, quod Iudaico populo accidit, cui dictū est; *Malos male perdet, & vineam suam alijs locabit agricolis*, vt in hodierno Euangelio.

Vinea de qua Deus quæritur Hebræorum synagoga est.

Comminatio fidelibus facta



DOM.

DOMINICA TERTIA.

De Peccatorum Confessione.

Erat Jesus eijciens Dæmonium, & illud erat MVTVM.
Luc. XVIII.

SYMBOLVM.

PILA, qua ludunt homines, quæ quoties terram versus proijcitur, toties erigit se.

NOEMA.

INSTAR PILÆ.

THEMA.

Ecce mittam te, sicut PILAM in terram latam, & spatiosam.
Isai. xxij.



ILA, à pilis, quibus solet impleri, sic dicta; omni ex parte æqua est, quæ quanto magis terram versus ab homine proijcitur, eò magis eleuatur, & cœlum versus se erigere cernimus. Appotissima sanè similitudo, ad cuiuslibet hominis naturam exprimendam, etenim; quemadmodum PILA ex abiecta materia compacta est; Sic homo, ex corrupto semine procreatus, cum propter primorum parentum delictum, pronus sit ad malum ab adolescentia sua, totusquè carnalis; tamen diuina Christi clementia factum est, vt per gratiam, ad PILÆ similitudinem; etsì ter, quaterve, immò decies, centies, ac millies, seù per ignorantiam, seù per infirmitatem, immò etiam per malitiam, peccando in terram Infer-

Symbolum pronunciatur. PILA quid.

Homo tanquã Pila est.

Donum maximum a Deo homini collatum.

Inferni cadat, tamen virtute Sacramentorum (ac potissimum Sacramenti Pœnitentiæ)quæ ab ipsiusmet Christi effuso sanguine, vim præstantissimam habent, quoties per culpam cadit, toties per pœnitentiam cœlum versus erigere se potest: Donum, Angelicæ naturæ haud concessum; etenim; propter vnum peccatum ab Angelo patratum, perpetuo exilio (è cęlo expulsus) mulctatus est, ita quod, *In cœlo amplius locus non est inuentus ei.* Cuius infelix casus, lapidis SYMBOLO, fuit expræssus in Sacra Scriptura Exodi 15. *Descenderunt in profundum, quasi lapis;* Quæ sanè verba de Pharaone, & eius exercitu, etsi intelligenda sint, tamen Angelorum ruinæ aptari posse dubium non est. Hæc namquè est lapidis solidæ & immutabilis natura, vt iugiter deorsum tendat, quòd si ex alto cadit, in terram, cęlum versus nullo modo se erigit. è contrà PILA (vt diximus) licet terram versus proijciatur, adhuc erigit se, & licet denuo cadat, iterum surgit. Verum si Pilæ naturam considerabimus eam, scrutis plenam cernimus, at si cadit illicò se erigit. Lapis inquàm, incorruptibilē Angelorum naturam exprimere certum est, cum nobilior, & excellentior est ipsius hominis natura, quæ mutabilis est, ac fragilis; tamen, donum humanæ naturæ collatum est, quòd Angelo non fuit datum, nam, si per peccatum cadit, pœnitentia mediante, resurgere potest. Non enim pœnitentiæ capax est Angelus, quia eius voluntas est inflexibilis, & quod semel apprehendit, immobiliter amplectitur, adhæret enim immobiliter, nequè in alteram partem flecti potest quare, pœnitentiæ capax non est, ac per consequens culpam suam agnoscere, vel confiteri nescit. & hoc rebelle Angeli arbitrium significatum fuit illius verbis Iob. 41. *Cor eius indurabitur quasi lapis, & quasi malleatoris incus stringetur.* Cor Dęmonis (idest eius voluntas) durissimo lapidi comparat Iob, nequè hoc solum contentus fuit ad eius obstinationis duritiem exprimendam, sed malleatoris incudi illā comparauit, qui; quantò magis malleo percutitur, tanto magis induratur; Ita Dęmonis voluntas, nullis persuasionum ictibus, nullis suppliciorum concussionibus deliniri potest, sed

Pœnitentiæ effectus.

Peccatum Angeli Lapidis Symbolo expressum.

Natura Angeli solida est firma.

Pilæ effectus.

Pilæ natura.

Homo Angelū superat respectu gratiæ.

Angelus pænitentiæ capax non est.

Iob. 41.

Cor Diaboli lapidi simile.

Iob dictum explicatur.

ſed iugiter in eadem duritiæ, & obſtinatione perſeuerat, quare meritò illius caſus, per lapidis ſimilitudinem repræſentatur; At hominis natura, vt NORMA dicit.

INSTAR PILÆ eſſe dicitur, quæ licet ſcrutis plena, hoc eſt debilis, ac fragilis ſit, tamen etsi millies per peccatum cadat; Pœnitentiæ Sacramento mediante, ſemper reſurgere poteſt, quod poſt peccatum ab homine commiſſum, ad æternam ſalutem conſequendam ſemper eſt neceſſarium, quare homo; INSTAR PILÆ, licet in terram cadat, tamen illicò reſurgit, & quoties per culpam cadit, toties erigere ſe poteſt (diuino tamen adueniente auxilio) quod nunquam deficit. Et quia omnis actualis peccati, ſola voluntas, radix eſt, ideò requiritur, quòd homo in corde ſuo proponat nunquam in poſterum Deum offendere velle, ac de præteritis peccatis in ſuum Creatorem, & Redemptorem commiſſis, ſummoperè doleat, ſpemq; habens indulgentiam recipiendi à Deo; aliter huiuſmodi peccatorum diſplicentia, nihil ei proficeret, quæ ad hoc ordinatur, quare; INSTAR PILÆ, homo fidelis eſſe dicitur. Neque hæc Sacramenti Pœnitentiæ medicina amara eſt, quemadmodum nonnulli carnales affirmant, ac potiſſimum in ea parte, quæ ad Confeſſionem, Confeſſori faciendam, ſpectat (quæ eſt ſecunda huiuſce Sacramenti pars integralis) nam eorum palatum (vt ait D. Auguſt.) non eſt ſanum, ac per conſequens pœna eis eſt panis, quòd Chriſti teſtimonio comprobat Mat. 11. *Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue*, quare fidelis vnuſquiſquè humili, & integra confeſſione, Sacerdoti tanquàm Chriſti miniſtro, facta, omnium delictorum ſuorum veniam conſequitur, & ab ipſomet Deo inter alias animæ virtutes, & bonas actiones honorari meretur; nam eleemoſina, oratio, ieiunium, peregrinatio, & alia meritoria opera, quæ ab anima fiunt, non poſſunt, nec audēt ad diuinam maieſtatem accedere, Confeſſione prętermiſſa, quæ ſi præcedat, omnes bonæ virtutes eam ſequuntur. Nec pudere debet peccatorē, ea fateri homini, quę coram Deo facere auſus eſt, nam tunc temporis Sacerdos, Chriſti perſo-

Norma declaratur.

Pœnitētia poſt peccatū neceſſaria.

Volūtas radix peccati.

Contritio neceſſaria eſt ad peccati remiſſionem.

Pœnitentia amara non eſt.

Confeſſio eſt ſecunda pars Pœnitentia.

Confeſſio quātum valeat.

Opera, quæ Confeſſionem præcedere debent.

Sacerdos ī Cōfeſſione Chriſti perſonam ſuſtinet.

personam sustinet, vndè dicit. Ego absoluo te à peccatis tuis, quòd ad Christum solum spectare dicimus. Nec aliquid æstimationis suæ apud Sacerdotem (tanquàm homo) amittit peccator, immò eius fama augetur, quòd familiari exemplo comprobari potest. Etenim si hominem ante me, læthali vulnere percussum, occumbere video, maiori afficior timore, quã si aliquem audirem mille viros alibi fuisse trucidatos, narrantem. Non secus accidit, dum homo peccator pęnitens effectus, ad Confessoris pedes prosternit se; ac lachrymis, suspirijs, & pectoris tunsionibus, humiliter à Deo peccatorum suorum veniam præcatur; Quis non videt, hæc magis hominem illum, qui Christi vices gerit, mouere, quàm ea, quæ audit, licet innumerabilia, & grauissima peccata enarret?

Pœnitens in cõfessionem æstimationem acquirit apud Confessorem Exemplum.

Applicatio.


Adde, quòd eo tempore ipsiusmet Christi dictum maximè adimpletur Mat. 23. *Qui se humiliat exaltabitur*; & hoc non solum in corde Confessoris (quod est ipsius Dei opus) verũ etiam quod ipsum Deum, nam Confessione illa (modo quo diximus) peracta, quòd in assumpto THEMATE dictum est adimpletur.

Humilis quãdo exaltatur.

Ecce mittam te, sicut PILAM in terram latam, & spatiosam. Christus enim in hunc mundum venit ludere cum homine; *Et deliciæ meæ esse cum filijs hominum, ludens in orbe terrarum* Prou. 8. Qui pœnitentem per Confessionem semel atquè iterum, immò millies recipiet, donec illius animam, tanquam PILAM, mittat in TERRAM illam LATAM, de qua Psal. 141. *Portio mea Domine in terra viuentium*. Quare peccata sunt à nobis confitenda, ne nobis eueniat id, quod huic homini de quo in Euangelio dicitur, quod *Erat mutus*.

Thema explicatur.

Peccata sunt confitenda.



FER.

FERIA II. TERTIÆ.

De FIDEI defectu quantum officiat.

Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.
Luc. IV.

SYMBOLVM.

NILVS Ægypti fluuius, qui per aliquot menses, ob arenæ impedimentum; vnde originem duxit, reuertitur.

NOEMA.

DONEC AVFERATVR OBEX.

THEMA.

Defluet, sicut FLVVIVS ægypti.
Amos. viij.



NILVS, ægypti fluuius, à Nileo Rege sic dictus, est vnus ex maioribus fluuijs, qui in toto terrarum orbe sint; is enim circa Solis solstitiũ, mirum in modum, per totam Ægyptum spatiatur; terramquè omnibus pluuijs destitutam, irrigat, at per aliquot Anni menses, ob arenæ impedimentum; vnde egressus est, reuertitur. Christus Redemptor noster, fluuij nomine gaudet, de quo Eccl. 24. *Ego fluuius Dorix*; *Dorix* enim, generationis medicamentum interpretatur; sicuti ipse solus generationis humanæ cœlestis medicus, extitit; imo ò vnicum medicamentum, qui trium annorum spatio, antequam in ara Crucis, veluti hostia Saluatoris, æterno Patri se immolaret, tanquam NILVS, Iudeam, ac Samariam siccam, & aridam, aqua gratiarum, & miraculorum vbertate

Symbolum pronunciatur. Nili proprietas

Christus Fluuius vocatur.

Christus veluti Nilus Iudeã aqua miraculorum mũdat.

irrigauit, ante cuius aduentum, Sancti Patres clamabant; *Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem,* Quare Iudea peragrata, miraculorũ penè innumerabilium coruscatione tunc affluente, eorum Incredulitate perspecta, quæ veluti arena; gratiarum aquis se opponebat, hinc est, quod miraculorum cursum retraxit, tanquam NILVS, & alibi operabatur. Fidei defectus igitur (qui omnium malorum radix est) fuit in causa, cur Christus, non amplius miracula in Nazareth operabatur, sicuti omniũ errorum, qui in mundo fuerunt nulla alia causa potest constitui, quàm is fidei defectus, licet ab huius sæculi sapientibus, aliæ causæ assignatæ sint. Ab ignorantia nanquè, nonnulli dixerunt hominem peccare, quæ omnium errorum mater est, Philosopho teste: Omnes ignorans malus. Sed quid dicemus de his, propria malitia peccantibus? ideò respondent alij aliomodo dicentes, ex cupiditate, omnium malorum radice, hoc euenire, Pauli 1. Thim. 6. authoritate freti, dicentis; *Radix omnium malorum est cupiditas*, Sed quid de his dicendum, qui malignitate non concupiscentia peccant? Asserunt alij à conuersatione hominum, hoc emergere, vt psal. 18. *Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris*. Sed quid de Iuda, qui cum Christo vitam duxit? & è contrà; Loth, qui cum Sodomitis conuersabatur, nec vnquam vitium illud pessimũ contraxit? Nonnulli, à puerili documento, & instructione hoc fieri dixerunt; vnde Prou. 22. *Adolescens iuxta viam suam, etiã cum senuerit, non recedet ab ea*, & Philosophus ait, quod habitus difficilè remouentur. Nec hoc verum esse, exemplo Neronis, qui Senecæ mores nõ est sequutus; nec Alexander, Aristotelis vestigia est imitatus. Alij hoc ex diuersa complexione affirmant, vnde Medici dicunt, quòd sanguinei, benigni sunt, colerici verò iracundi; melanconici inuidiosi; flegmatici pigri; idcircò, ex humorum diuersitate, hæc morum diuersitas fit; sed quid dicemus? nam etsì naturalis complexio inclinet, non autem necessitatem imponit, nec dominatur (anima enim corpori dominatur) cum ergo homo sit liber (Dei auxilio) naturalem complexionem superare potest, ideo Apost. Rom. 8. ait;

Iudea veluti arena fuit.

Infidelitas radix omnium malorum.

Opiniones variæ circa peccatum vnde oriatur.

Aliqui ab Ignorantia. Ethic.

Alij ex cupiditate.

Nonnulli à cõuersatione.

Ab instructione alij.

Ex complexione alij.

Debitores sumus, non carni, vt secundum carnem viuamus; & Deus Cayno dixit; *Sub te erit appetitus tuus, & tu domir aberis illius*. Astrologi ex stellarum influentia, hoc oriri existimant, quæ in his inferioribus influunt, & diuersas qualitates imprimunt, ideò dicunt; Qui sub Saturno nascitur; melencolicus est: qui sub Ioue, fortunatius, & magnanimus: qui sub Marte, bellicosus, & ferox: qui sub Sole, ambitiosus· qui sub Venere, luxuriosus: qui sub Mercurio, sapiens: qui in Lunæ potestate, incon stans, & insanus: qui in Aquarij signo, aquis delectatur: & his similia. Quibus omnibus Ptolęmei dicto respondetur, dicentis; Sapiens dominabitur Astris, & anima Sapientis, adiuuat opus stellarum. Alij, Fortunę hoc tribuũt, qui, eam Mundum gubernare volunt, quorum opinio erronea est; Fortuna enim res est per accidens, vt Philosophi asserunt. Alij demũ à Diabolica tentatione id oriri affirmant, vt Apoc. 12. *Sathanas seducit vniuersum orbem*, aduersus quos, Theologorum doctrina obstat, dicentium, quòd licet Diabolus omnes tentet, non tamen omnes cadere facit, immò neminem, nisi volentem, vincit & superat, D. Hieronymo teste, qui ait. Debilis est hostis, qui non vincit, nisi volentem, ac tandem; Quot capita, tot sententiæ. Nos verò omnium malorum radicem à fidei defectu (vt diximus) prouenire, affirmamus; sicuti à fidei magnitudine, bonorum operum magnitudo oritur, vt 1. Io. 5. *Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra*. Quæ.n. fuit causa diuersitatis inter Abel, & Cayn, nisi fides? Cur Abrahã è patria egressus, in terrã nouam peruenit. Cur Apostoli ibant gaudentes? Cur Martyres sanguinem fuderũt, nisi ob fidem, quam habebant? At cur Capharnaum tot miracula quęsiuit, & obtinuit, vnde hodie Iudei dicunt; *Quanta audiuimus, &c.* Nazareth verò quæ illius patria erat instanter petijt, nec obtinuit, quia nõ fides, sed curiositas infidelitati coniuncta fuit in causa, qui omnia stellis, planetis, fortunæq; omnia tribuebant. ab Infidelitate igitur, tanquam à radice corrupta, omnia mala emanare certum est, quæ nisi auferatur, nullam à Christo gratiam, quis consequi potest, quare; sicuti NILVS, arenæ impedimento inuento, vnde egressus erat, reuertitur; Ità Christus

Ex stellarum influẽtia alij.

Fortunæ alij.

Teologorum doctrina supra dicti opinioni contraria est.

Fidei defectus omnium malorum causa.
A fidei magnitudine omne bonum.

Cur Christus miracula non faciebat in patria sua.

Applicatio Fluuij Nili ad Christum.

Fluuius, à quo omnes gratiarum aquæ emanant, nisi infidelitatis arena tollatur, nunquam cordis nostri in terram aridam, & siccam per peccatum, irrigabit, quare huic SYMBOLO conueniens est propositum NOEMA.

Noema declaratur. Philosophorũ errores varij, & eorum confutationes.

DONEC AVFERATVR OBEX, scilicet Infidelitatis; atq; hinc est, quod huiusce Fluuij perennis aquas gratiarum, non biberunt Peripatetici; volentes mundum esse æternũ, quibus fides respondit Gen. 1. *In principio creauit Deus cœlum & terram;* nec Epicurei, qui animã dixerunt esse mortalem, quibus fides contradicit Ecclas. 18. *Reuertatur puluis in terram suam, vnde erat; & spiritus redeat ad eum, qui dedit illum.* Alij à priuatione ad habitũ dicebant impossibilem esse regressum, quò fit vt corporum Resurrectionem penitus abnegarent, contra quos Iob. 19. *Et rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum.* Alij, Deos sibi formantes, mundi gubernationẽ tribuebant, quare; Vulcano, ignem (contra quos Elias coram Achab, Sacerdotibus Balaam dixit, quod solus Deus Israel potest ignem mittere ad consumanda sacrificia) Alij Neptuno, maris regimen dederunt, sed falsò, nam psal. 64. scriptum est; *Qui conturbas profundum maris.* Cybali, terrę dominium attribuebant, sed falsò, quia *Domini est terra, & plenitudo eius.* Psal. 13. In Inferno, Plutonem volebant Regem, sed decipiebantur, vt in psal. 138. *Si ascendero in cœlum, tu illic es; si descendero in Infernum ades.* Super sanitatem, Esculapium, & Apollinem, sed mentiebantur, quia *Domini est salus*, psal. 23. Bella Marti tribuebant, sed errabant, quia *Dominus potens in prælio.* Tanquam Monarcam Iouem implorabant, contra quos Psal. 49. *Deus Deorum Dominus loquutus est*, ideò Deus eorum superbiam agnoscens dixit; *Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo*, Quare meritò in THEMATE dicit.

Thema explicatur.

DEFLVET SICVT FLVVIVS ÆGYPTI; Sic intellige; modo arena infidelitatis tollatur, qua de causa noluit facere miracula inter suos conciues, & ratio est, quia *Nemo propheta est acceptus in patria sua*, vt in Euangelio.

FERIA III. TERTIÆ.

De Fraterna Correctione.

Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum.
Mat. XVIII.

SYMBOLVM.

SAGITTA, à puero in alium emissa.

NOEMA.

EX VVLNERE, SALVS.

THEMA.

SAGITTÆ paruulorum, factæ sunt plagæ eorum.
Psal. lxiij.



SAGITTA, quoddam teli genus est, quod arcu emittitur; hanc si puer in aliũ dirigit, vix illius pellem ferit: Hunc sanè effectum, Fraterna correctio efficit, quæ etsi, primo aspectu vulnus inferat, tamen leuis plaga à puero facta dicenda est, quæ nedum pellem penetrauit, quam facere cuncti, qui Christianam profitentur Religionem, tenentur, & hęc potissima causa est (ni fallor) quod vnũ solum hominẽ creare voluit Devs, à quo omnes traherent originem, quòd de creaturis spiritualibus non præstitisse, sacræ testantur scripturæ: etenim hæ duæ creaturæ tantum, Angelus scilicet, & homo ad Dei imaginem factæ sunt, cætere verò solo Creatoris vestigio fuerunt signatæ. Ac primum si Angelorum creationem consideremus (quæ corporali creatura nobilior est) omnes ab ipso summo Artifice de nihilo simul creati fuere, nec enim vnus Angelus potest

Symbolum pronuntiatur. Sagitta quid.

Fraterna correctioni fructus, & necessitas.

Cur Deus vnũ solum hominẽ creauit.

Angelorum creatio simul.

potest alium causare, nec de sua substantia generare, nequè vnus de alio descendere potuit, sicut fit in hominibus (quia corporales non sunt) sed eorum quilibet à Deo creatus; & cū Dei omni potentiæ, nulla resistentia esse posset, nec eis simul creari, repugnat; ideò illos omnes (qui sunt innumerabiles) de nihilo simul creatos fuisse, Theologorum cœtus affirmat. Quæ sanè spiritualis creatura in tres hierarchias, seù in tres sacros Principatus diuisa est, cuius diuisionis, per numerum ternarium factæ, ratio hęc est, nam; sicut diuina natura existens tantum eadem numero, & indiuisibilis in se tantum, diuiditur in tres personas, per tres relationes distinctas, & nō plures, nequè pauciores; ità conformiter natura spiritualis creata (quæ est Angelica) suo creatori similis, & propinqua, in tres generales hierarchias, & postmodum, earum quælibet in tres ordines plasmari debuit, quare concluditur, omnes simul à Deo fuisse creatos. Hunc ordinem in hominis creatione, nullatenus seruauit Deus, non enim omnes homines insimul (sicut fecit Angelos) plasmauit, sed solum primum hominem de limo terræ, & post eum primam mulierem è costa ipsius hominis factam esse sacra historia refert; Quibus peractis statuit, vt per propagationem, & generationem (itaquòd vnus ab alio generaretur, & descenderet) homines multiplicarentur; Quare nulla alia de causa (existimo ego) nisi vt maior, amoris vnitas, inter homines esset, vnde homines se reputarēt: quasi vnum hominem, dum omnes, ab vno descendisse homine, viderent, & sic generandi modus vnitatis signum esset, & societatis; quare omnes ab vno patre descendentes, fratres dicendi sumus, ita quod si aliquis deliquerit, à fratre suo corripiendus est. Adde, aliam esse fraternitatem strictiorē inter cunctos Christi fideles, cū à Christo Redemptore simus omnes geniti, quam sanè generationem, Hieremias c. 30. spiritu afflatus prophetico, admiratus est, his verbis; *Interrogate, & videte quæso, si parturit masculus; Vidi omnem virum, cuius manus super lumbos eius, velut parturientem.* Quare notandū est, Christum; *Omnem virum*, fuisse vocatum, nec sine mysterio, quia suo pretioso sanguine, omnes nos genuit in Cruce, & pro

Angeli immateriales sunt.

Angeli de nihilo creati.

Angelorum Hierarchia tres, quare.

Vnus homo à Deo creatus, & ab eo omnes originem trahunt, quare.

Omnes fratres sumus ab vno patre descendentes.

Ierem. 30.

Christus omnis vir cur vocetur.

pro nobis parturientis dolores in sua humanitate, expertus est, quare meritò Isa. 53. *Virum dolorum*; illum appellauit. Qua stante veritate, quod nos omnes fideles à Christo fuimus geniti, quale argumentum efficacius inueniri potest, vt alter alterum (quem delinquentem videt) corrigat, quàm ad memoriam reuocare illum, non solum per naturalem generationem, verum etiam per spiritualem esse suum fratrem? Si igitur correctio ad suum fratrem, quis facere vult, vt Christi præcepto satisfaciat, tunc verbum illud, quo ipse vtitur, animaduertat, cum dicit; *Corripe*, idest cor rape, placidi enim verbis hæc reprehensio facienda est; nam, vt D. Hieronymus ait; Correctio leuis, hominem suauiter instruit, nimis aspera verò, deteriorē reddit, & D. Augustinus, veræ correctionis regulam assignat certam, his verbis; Dilige, & dic quicquid voles, & tunc assignatum NOEMA, proposito SYMBOLO conueniet, quod est.

Duplex fraternitas.

Fraterna Correctio quomodo facienda.

D. Hieron.

EX VVLNERE, SALVS. scilicet, sequetur; Ante cuius declarationem; Triplicem esse correctionē, obseruandum est, quæ (debito modo facta) semper Ex correctionis VVLNERE, sequitur SALVS. Prima enim correctio illa est, qua vnusquisque seipsum corripere tenetur, ne cum, quis alium corripit, sibi dicatur; *Hyppocrita ejice primum trabem de oculo tuo*, vt Mat. 7. habetur. Quare, qui vult euadere Iudicium Dei, corrigat se prius, vt Eccl. 18. hortatur; *Ante iudicium para iustitiam tibi*. Est, & altera correctio, qua homo sibi cōmissum gregem corripere debet; sicuti Prælatus subditum; pater, filium; Dominus, familiam; de qua Deus per Ezech. 3. *Si dicente me ad impium, morte moriens, non annunciaueris ei, neque loquutus fueris; vt auertatur à via sua impia, & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur; sanguinem autem eius de manu tua requiram.* Est demum correctio, qua vnusquisque fratrem suum corripere tenetur, necnon, & proximum peccantem, de qua Christus hodie in Euangelio ait; *Si peccauerit in te frater tuus. In te*, idest in te solo sciente, vel; *In te*, idest contra te, malo exemplo corrumpendo; *Tunc vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum*, amore, & charitate, nam tunc;

Noemā declaratur.

Correctio Triplex.

Prima correctio est sui ipsius.

Secunda correctio superioris ad inferiores.

Ezeh. 3.

Tertia correctio sui fratris.

Quomodo Christi præceptum sit intelligēdū.

Ex

Ex Vulnere Salus sequetur, & Thematis verba adimplebuntur.

Thema explicatur.

Correctio diuersimode facienda.

SAGITTÆ paruulorum, factæ sunt plagæ eorum, Quoniam; non omnes æqualiter, & eodem modo sunt corripiendi, Quidam enim amore, vt sunt humiles, & mansueti, qui etsi aliquando offendant, statim tamen cognoscunt se, & iste est modus, de quo Christus hodie dicit; *Inter te, & ipsum solum*, idest dulciter, & secretè, nam talis (vt plurimum) leui monitione se emendat. Alij ratione sunt corripiendi, vt sunt astuti, quem modum Christus innuit, cum dicit; *Si te non audierit, adhibe tecum vnum, vel duos testes*. Nam multi ex astutia, peccata sua abscondunt, & illa defendunt, nec se corrigere volunt; Prælatus autem, summa prudentia astutos corrigere debet, vt puta per testes, & per omnes alios modos, quibus potest, vt Daniel 13. qui ratione astutos senes conuicit. Nonnulli timore corripiendi sunt, vt superbi; quem modum innuit Christus, cum dicit: *Si non audierit, dic Ecclesiæ*, idest Prælato, ad quem castigare pertinet, & pœnis, ac flagellis cohercere superbos, vnde Apost. 2. Thim. 4. *Argue* scilicet cum omni imperio; *Obsecra, increpa, &c.* Alij demum corripiendi, immo arcendi, & cum rubore abijciendi, vti sunt obstinati, & contumaces, qui debent excommunicari, & veluti membra putrida, à corpore Ecclesiæ præscindi, quem modum docet Christus, cum dicit; *Sit tibi tanquam Ethnicus, & publicanus*. In cæteris correctionibus, Ex Vulnere Salus prouenit, & sunt Sagittæ Paruulorum, & in hac postrema; Ex vulnere, mors animæ sequitur, de qua Deus nobis auertat.

Dan. 13.

2. Tim. 4.



FER.

FERIA IV. TERTIÆ.

De Detractionis Vitio.

Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones Seniorum?
Mat. XV.

SYMBOLVM.

CADMVS, serpentium DENTES seminans, ex eis armati homines resurgunt.

NOEMA.

AD DILANIANDVM EXPEDITI.

THEMA.

DENTES bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram, atquè SERPENTIVM.
Deuter. xxxij.



ADMVM, Agenoris Phęnicum Regis filium, serpentinos DENTES seminasse, & illicò ex eis armatos milites natos esse, qui ad inuicem contra seipsos insurgentes, morte affecti, corruisse omnes, Poetarum figmentum fuit. Verum si hoc Poeticum somnium ad veritatem adducemus, per hos Serpentium DENTES, multi sacri Doctores, super illo, quod pro Themate proposuimus, Detractores intelligunt, & meritò quidem; etenim; DENTES à demendo dicuntur, ait Cassiodorus in psal. quare non impropriè, Detractorum linguæ, Dentes vocantur, quia sicut Dentes partes ciborum demunt, ita hominum famam, & honorem iugiter corrodant Detractores. Ex his ergo Dentibus à Diabolo in mundo seminatis, idest

Symbolum pronunciatur.

Cadmi fabula

Dentes vnde dicuntur.

Detractorum lingua Dentes dicuntur.

mediantibus Detractoribus, lites, bella, & contentiones oriuntur. Summa dementia profectò, quod homo peccatis, & sceleribus plenus sit, & seipsum non agnoscat, sed sanctum, & iustum se esse reputet, & assiduè aliorum vitam culpabilem esse fateatur, linguam suam refrenare nolens, quæ ei potissimum data est ad Deum laudandum, & in reliquis multiloquiū cui tare debet, vndè Regius Psaltes dicebat; *Exultabit lingua mea iustitiam tuam; Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam*; & alibi; *Labia mea laudabunt te in vita mea Deus meus*. Debet insuper lingua ædificare, & docere proximum homo, vt Prouer. 10. *Labia iusti erudiunt plurimos*. Cū igitur Deus homini præ cęteris animalibus loquendi vsum dedisset; non ergò ad eum blasphemandum, nec ad mentiendum, neq; ad iurandum, vel detrahendum, lingua fuit illi concessa, sed (vt diximus) ad Deum laudandum, & ad proximū erudiendum, quare hominis sermo, sale conditus esse debet, vt nos Apost. ad Colofs. 4. admonet. Tunc autem sermo noster sale conditur, quando ipsum sale discretionis temperamus. In cuius figuram præcepit Deus Leuit. 2. dicens. *Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies*. Quare si linguam suam refrenare debet homo, ne inutilia loquatur, à fortiori, quæ proximo nocent, vt est Detractio, cauere debet. Sed ehù quātum hoc detestabile vitium inter Christi fideles, effusum est. Quot sunt ij, qui non bona, quæ viderunt, narrant, sed solum seruant turpia, quæ proferant, quare turpiores sunt purgantibus latrinas, quia illi stercus in spatulis portant, isti verò in lingua garriūt; hi canes, neminem dimittunt illæsum, non est qui illorum morsum subterfugiat; vnde Valerius Max. lib. 3. ait. Nulla tam modesta felicitas est, quæ malignitatis dentes vitare possit, diuites enim sunt alienis iacturis; locupletes, alienis calamitatibus; immortales funeribus. Quare meritò Ranæ comparatur Detractor, prout illud ps. 104. potest intelligi; *Dedit terra eorum Ranas*. Rana enim in luto existens, noctis tempore multum clamat, at lucis tempore tacet: Ità Detractores, qui si in vno, & eodem homine multas videant virtutes, tamen nullam earum capiunt, & solum obseruant, si quicquā peccati vide-

Detractoris dementia.

Homo creatus ad laudandum Deum.

Sermo hominis sale conditus esse debet. Leuit. 2.

Detractionis vitium cō mune est.

Valer. Max.

Detractor Ranæ comparatur

videre possunt, & super illo quiescunt, vt in luto, & statim tanquam Ranæ clamant, illud peccatū proferunt, & augent, & per illud, omnes illius virtutes extingunt. Tres sunt Ranarum species (dicit Iosephus) quarum vna stat in luto, alia in terra (quæ rubeta vocatur, & est admodum venenosa) alia verò minuta est & breuis, quæ tempori magni æstus in puluere apparere solet; Ità sanè de Detractoribus dicendum esse existimo, nam per Ranas clamantes, Detrahentium linguas intelligere possumus, qui in peccati luto vsquè ad guttur immersi sunt, proprium fętorem ignorantes, alios detractionum clamoribus, inquietare solent. In die tacent, eò magis, cum eorum detractiones esse mendaces possunt deprehendi, & in eorum auribus garriunt, à quibus se libenter audiri vident. Quare Triplicem esse Detractoris speciem dicimus; Aliqui enim in aquæ superficie clamant, & sunt ij, qui peccati proximorum superficie aspecta, hoc detractionibus pandunt, affirmantes id verum esse; quòd nesciunt. Alij verò occultè simulant, & sonum faciunt dulciorem ex malignitate componentes, proximo falsa imponentes crimina, de quibus Psal. 5. *Sepulchrum patens est guttur eorum linguam suam dolosè agebant*. Nonnulli autem, speciei ranarum minutarum dicuntur similes, quæ multum fœdant aërem, & sunt hi qui interdum, etsì non mentiuntur detrahendo; fœdi tamen sunt super lubrica (quæ proferunt) obseruando. Non enim arguunt proximum de peccato, vt fraternæ correctionis seruent præceptū, sed coram omnibus murmurant, vt illum infament, & sunt veluti Ranæ, quæ Ægyptum fœdauerunt. Quare; si contra peccatorem Detractor tam graue scelus committit, quid si Iusto detrahit? Ehù quam frequens est hoc vitium; nam si Iustus, vel pœnitens, cœli ædificium construere incipit, virtuti studeat, vitijs, & mundo renunciando, statim detractores illum ab illo bono opere, eorum lingua, retrahere conantur. Si mundum fugit, hyppocritam; nisi vestibus pretiosis se induit, auarum, cum non epulatur quotidie splendidè à conuersatione indignum, & stultum appellant quare vipereis linguis eorum famam, qui pietate sunt insignes, inficiunt, & deni-

Detractoru nequitia.

Tres species Ranarum.

Tres species detractionis.

Psal. 5.

Argumentum a minori ad maius.

D. Bern. Detractorum viperam vocat

grant; vnde D. Bernar. in quodam sermone, Detractoris linguam, viperam ferocissimam meritò nominauit, sicuti illiùs DENTES, iuxtà NOEMA propositum.

Noëma declaratur.

AD DILANIANDVM EXPEDITI dicuntur. Feræ enim comparatur Detractor; quia aperto ore lingua dolosa, ad omnes proximorum bonæ famæ carnes deuorandas, DENTES habet EXPEDITOS, quare non incongruè dici potest, quòd Cadmus, idest Diabolus, serpentinos hosce Detractorum DENTES, inter Christi fideles seminauit; qui, vt in assumpto THEMATE dicitur.

Applicatio fabula Cadmi.


Thema explicatur.

DENTES sint BESTIARVM, ATQVE SERPENTIVM BESTIARVM inquàm; nam aliæ, Dentes habent intrà os, vt equus, canis, leo, & id generis alia; Nonnullæ alię Bestię, extrà os Dentes habẽt productos, vt Aper, & Elephas, quo sanè dicendi modo, Moyses nobis adamussim Detrahentis proprietatem declarat, qui Dentes extra os habent, dum alienos accusant defectus, nec proprios intuentur. At nón solum Bestiarum Dentes habent Detractores, sed etiam SERPENTIVM. Serpentis nanquè habet Dentes Detractor; non solum ad demonstrandum virus, quo probi hominis honorem inficit, sed etiam vt innuat, quòd sicuti Serpens non directè, sed obliquè, & tortuosè incidit; ità Detractoris munus est, qui, vt magis, ac magis hominem lædat, prius præclara facinora (cui detrahere vult) in cœlum efferre incipit, vt securius detrahat, & vt illius detractio honestior appareat, quod detrahendi animo dicit, se ex fratris sui compassione, vt corrigatur, affirmat, vt Scribarum, & Pharisæorum exemplo patet in hodierno Euangelio, dicentium; *Quare Discipuli tui transgrediuntur traditiones Seniorum?*

Detrahentis proprietas a Moyse descripta.

Detractor habet Dentes serpentis.

Detractoris nequitia.



FER.

FERIA V. TERTIÆ.

De Carnis repugnantia aduersus spiritum.

Socrus autem Simonis, tenebatur magnis FEBRIBUS.
Luc. IV.

SYMBOLVM.

HOMO ALATVS, qui ad cælum ire contendit SAXVM pergrandem habens alligatum ad pedes, quo detentus, volare non potest.

NOEMA.

GRAVATVS, DEFICIO.

THEMA.

Quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi grauis? Iob vij.



ER MVLTA esse illa incommoda, quæ hominem ob diuini præcepti transgressionem insequuntur, nullus vel mediocriter in sacris litteris versatus, hoc ignorat; At inter alia; repugnãtia illa inter Carnem, & Spiritum, inter cæteras calamitates, non secundum habet locum. In sociam enim carissimam, & gratissimam, caro animæ data est ab eo summo Artifice, qui illam de nihilo creauit, vt quasi illius esset ministra, in omnibusq; sponte, & absq; vlla rebellione ei obtemperare deberet; tamen propter primi parentis peccatum, eam rebellem experiri cępit, quare amicitiæ, & naturæ violato iure crudelis, & dura inimica effecta est. quòd in sui commissi peccati pęnam, factum est. Dignum nam-

Symbolum pronuntiatur.

Carnis repugnantia aduersus Spiritum, ob peccatum commissum.

Pœnā animæ ob peccatum debita. namquè fuit, vt anima, quæ Deo creatori, per obedientiam subijci noluit; ipsa quoque, inferiorem carnem sibi repugnātem haberet. Quæ sanè repugnantia in quolibet Adæ filio transmittitur, de qua Paulus Rom. 1. ait. *Coluerunt, & seruierunt potius creaturæ, quàm Creatori, propterea tradidit illos Deus in passionem ignominiæ.* Ex quo sequitur; Duas esse animæ societates cum carne propria, libidinosè generata, quarum prima naturalis est, quādo anima creatur, & vnitur carni, ipsa nesciente, & hæc, cum non sit voluntaria (quia nō est per proprium animæ consensum) ob id licet ei ad crimen non imputetur, quia non consentit, tamen damnum ob primi parētis peccatum ipsa caro patitur, quare immunda & turpis reputatur; & est sicut puella, nutrita, & sociata cum muliere meretrice, quæ immunda, & infamis ęstimatur, & ex tali societate maculam contrahit, & à probo viro refutabitur, licet ipsa ignoret. Est, & alia societas ipsius animæ cum carne, quę voluntaria est, & per proprium consensum, & est; quando ipsa anima liberi arbitrij vsum habens, carnis delectationes amat, & factis carnis consentit, ideò quia hæc societas est per proprium consensum, hinc est quod animam facit nequissimam, eamq; occidit. Quare argumentū a minori ad maius hoc loco currit; etenim; si ipsa anima per primam societatem naturalem cum carne, quam ipsa non facit, & fit ipsa ignorante cōtrahit maculam, & immunda est; quanto magis contrahet maculam, & immunda reputabitur per voluntariam societatem, quam ipsa facit. Per has igitur duas societates, cum primi hominis carne corrupta, anima omne malum, immò & ipsam mortem incurrit, & omne bonum, & vitam suam (quæ in Dei societate per voluntatem, & amorem cor sistit) amittit, quare; si ab hac morte liberari vult, & vitam recipere, necesse est, quod cum eo vniatur, qui est vera vita, & hoc fit per Sacramenta à Christo (qui est Via, Veritas, & Vita) instituta, quibus mediantibus, carni infirmæ, diuersis febribus laborantis, perfecta sanitas restituitur; nam; Quot peccatis anima sentit se esse grauatam, tot detinatur febribus. Etenim, peccatum, febris est grauis, febrium diuersa genera à Medicis nu-

Rom. 1.

Duplex societas animæ cum carne.

Prima est naturalis, & hæc sine propria culpa.

Secunda voluntaria, & hæc cū culpa.

Peccatum originale quando contrahitur.

Vnio animæ cū Deo virtute Sacramenti.

Febrium diuersa genera.

merata esse, Plinio l. 20. c. 3. scribit, nam aliæ quotidiæ, tertianæ, quartanæ, continuæ, hecticæ, & pestilentes sunt; quare pro febri quotidiana, gulæ vitium, intelligere possumus, quæ primum parentem inuasit, nec alia de causa in eam incidit, nisi quod nódum maturum, & crudum pomum comedere voluit; & sicuti quotidiana febris, facile in aliam mutari cernimus, ità gula facilè in libidinis peccatum conuertitur, facilisque est ab vna in alteram transitus, prout exemplis sacra Scriptura abundat. Tertiana febris quæ alternis diebus redit, non tamen continuò vrit, hominis inconstantiã repręsentat, qui hodie ad Deum se conuerti proponit, & cras ad nouum peccatũ patrandum, redit. Quartana, luxuriæ, & carnis voluptatem innuere certum est, cuius prima dies cogitatio est, & suggestio; secunda delectatio; tertia consensus; quarta verò peccati executio. Continua febri laborant Auaritiæ dediti; nam; Tantum crescit amor nummi, quantũ ipsa pecunia crescit. Alia enim peccata, non semper hominẽ inuadunt, at auaritia omni temporis momento Auarum cruciat. Hęcticam febrem habent otiosi, quæ lenta cum sit, desidiosos designat. Pestilente febri, & contagiosa laborant Hęretici, & hęc difficillime curari potest, & innumerabiles homines interemit. Harum febrium æternam mortem inferentium; solus Christus (cum sit cœlestis Medicus, sanans omnes infirmitates, ad pristinam sanitatem quemlibet infirmum restituit) qui proprio Sanguine Sacramentorum medicinas composuit, easq; in Ecclesia reliquit, vt pro libito, vnusquisque fidelis, eas recipiat, quæ non solum ad pristinam valetudinem omnem spiritualem infirmũ reddunt, sed illius vires adaugent, quibus inimicorũ vires superare potest, ac potissimum carnis acerrimum, & diuturnũ conflictũ, quæ causa est, iuxtà propositũ NOEMA, homo fidelis dicat.

Febris quotidiana spiritualis qua.

Febris Tertiana spiritualis qua.

Febris Quartana spiritualis qua.

Febris Continua qua.

Febris Ethica qua.

Febris Pestilẽs qua.

Christus cœlestis Medicus harum febriũ liberator.

Sacramentorũ medicina a Christo instituta.

GRAVATVS, DEFICIO. Duabus namquè, veluti ALIS, quilibet fidelis, cęlum versus volare potest ad eũ, qui est summum ipsius bonum, propter quod creatus est; Intellectu videlicet, & voluntate. Hisce duabus potẽtijs, Deum cognoscere, & amare potest, quæ suipsius proprię sunt; Intellectu inquã; prout dixit Ioan. 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solũ*

Noema declaratur.

Intellectus, & voluntas duæ Alæ sunt.

Deum verum, & quem misit Iesum Christum. Voluntate insuper, qua sola potest Deo aliquod dare, & primum quod dare potest, amor est, quo mediante in ipsummet Deum transformantur. Intelligendo igitur, & amando, fidelis ad cęlum volat, sed magnum saxum ad pedes habet ligatum, quod illius volatum impedit; vt merito dicere possit fidelis; GRAVATVS, DEFICIO, hoc est; Dum Intellectu, & Voluntate, quasi duabus ALIS ad cœlum iter dirigo (ita animo fidelis dicere potest) saxum carnis meæ sentio, quæ mihi est impedimento; ità quòd Apostoli verba mihi conueniunt Rom. 7. *Sentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ;* Nam caro, est veluti saxum, quod vniuscuiusquè fidelis animam deorsum trahit. Hoc graue pondus Iob sentiēs, vt in assumpto THEMATE, sermonem ad Deum habens, dixit.

Amor primum donum est.

Caro veluti saxum graue.

Thema explicatur.

Quare posuisti me contrarium tibi, et factus sum mihimetipsi grauis? Hanc carnis grauitatem, & inimicitiam, quā aduersus animam tenet, D. August. de Conflictu Carnis optimè declarat, his verbis. Aduersatrix caro nostra, fons scelerum, radix omniū malorum, nostræ damnationis intenta, & sollicita est, vt in omni operæ nostro zizaniam seminet; in commessatione, gulam; in generatione, luxuriam; in correctione, iram; in conuersatione, inuidiam; in nobilitate, superbiam; in diuitijs, auaritiam; iu prosperis, contemptum Dei; & in aduersis, impatientiam; in corde ponit vanas cogitationes; in ore vanas loquutiones; & in membris iniquas operationēs; in dormiendo mouet ad somnia turpia; vigilando ad praua opera quęrit extinguere charitatem; extirpare spem; eijcere fidem; confundere humilitatem, & eradicare omnes virtutes; ita vt ipsa sola producat flores vanitatum, flores malorum exemplorum, & fructus omnium vitiorum. Hæc est illa febris inter alias, quę nos assiduè affligit, à qua vt liberemur ad Christum verū Medicum accedamus, qui *Stans imperauit febri*, vt in Euangelio.

D. Augustinus Carnis damna declarat.

FER.

FERIA VI. TERTIÆ.

De immensa Dei clementia erga animam.

Domine, da mihi hanc AQVAM.
Ioan. IV.

SYMBOLVM.

SOL, CONCAM radijs suis irrorans, OSTREAM in MARGARITAM conuertit.

NOEMA.

A TE VIGOREM.

THEMA.

Qui SOLEM suum oriri facit super bonos, & MALOS.
Mat. V.



OL inter alios innumerabiles effectus quos efficit OSTREAM (quæ aqueus humor est, & in CONCA latet) in prætiosam MARGARITAM conuertere, naturales affirmant; Etenim radijs suis Ostrea iugiter irrorata est, donec prętiosum iocale efficiatur. SOLIS nomine Christum vocari, superius declarauimus. Pro aqueo humore homo fidelis potest intelligi, Isaia teste c. 33. ac dicente; *Aquæ eius fideles sunt*; Quemadmodum igitur aquæus ille humor, Solis virtute paulatim perficitur, donec MARGARITA procreata sit, sic cuiuslibet fidelis anima, à Christo SOLE, supernaturalibus donis exornata; quæ prius peccatorum maculis deformata, nihil aliud erat, quàm aquæus humor fœtidus, & abhominabilis; modo, per pœnitentiam, ab omni peccatorum labe expurgata, diuinæ gratiæ radijs illustrata, inæstimabilis MARGARITA efficitur. Quare nisi ipse SOL Christus, sua præueni-

Symbolum pronunciatur. Solis effectus. Ostrea quid sit

Christus Sol est.

Homo Aqueus humor est.

Applicatio.

Gratia præuenientis necessitas.

ueniente gratia, nos in culpis sepultos excitaret, nunquam à vitiorum somno surgeremus, hæc autem gratia, præueniens vocatur, quia opera nostra præcedit, ac quodammodo præcurrit. In tenebris enim iacet peccator, quandiu in peccatis perseuerat, at gratiæ luce præuentus; de qua Ioan. primo *Lux in tenebris lucet*; illicò peccatorum tenebræ pœnitus euanescunt. Quod Gen. 1. figuratum est illis verbis. *Et tenebræ erant super faciem Abyssi, & dixit Deus Fiat lux, & facta est lux*, & confestim ad Dei præceptum; *Terra germinauit herbam virentem, & ligna pomifera secundum genus suum*. Sed quid pro terra hac aliud potest mysticè intelligi, nisi illa de qua Ier. 29. dicebat, *Terra, terra, terra, audi Verbum Dei?* Anima fidelis terra hæc est, de qua psal. 142. *Anima mea sicut terra, sine aqua tibi*. Quæ si diuinæ gratiæ aqua priuata sit, inanis profectò, & vacua reperitur. Nam tunc tenebræ, id est culpæ, sunt super faciem abyssi, id est cordis hominis (quod peccator in peccato suo perseuerat; sed Dominus qui *Non vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat*; tunc lucem fieri præcipit, quando diuinæ gratiæ radijs illum præuenit; inspirationibus mediantibus, quæ viam salutis ei indicant, & ipse peccata detestari incipit, & ad pœnitentiam peragendam se dat; quod mysterium, Rex pœnitens, qui in seipso hoc expertus erat, dixit: *Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum;* Terra, inquam Animę, tandiu sterilis stat, & sine opere meritorio; quamdiu SOL iustitiæ Christus gratię lucem (quam prius antequam peccaret habebat, & per peccatum perdiderat) eam illi non reddit, quare illos fructus (vt puta eleemosynam, vel ieiunium, seù aliquod aliud opus de genere bonorum) quos faciebat ad salutem insipidi erant, & inutiles, vt Sap. 4. legitur; *Fructus eius inutiles, & ad nihilum apti*; Quòd si lux illa vera, quæ *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, Hanc animæ nostræ animam respiciat; statim sterilitate prorsus ablata, fructum meritorum copiam producere, perspicuum est. Quare D. Augustinus in Solil. statum peccatoris (qui postea ad pœnitentiam diuina præueniēte gratia redijt) his coloribus delineauit. Erat (inquit) nubes

Explicatio verborum; Terra germinauit, &c.

Anima fidelis terra nuncupatur.

Dei clementia in peccatoris cōuersione manifestatur.

Psal 84.

Opus in peccato mortali factum nihil valet ad vitam æternam.

Pœnitenti statū à D. Aug. declaratum.

nubes magna, & tenebrosa ante oculos vanitatis meæ; itavt non possem videre Solem Iustitiæ,& lumen veritatis. Inuoluebat tenebris filius tenebrarum, tenebras amabam,& lumē non cognoscebam; cæcus eram, & cæcitatem amabam. Quis inde me eduxit? Quis accepit manum meam, vt inde educeret me? Quis illuminator meus. Quem non quęrebam fuit, & ipse me quæsiuit,non vocabam, & ipse vocauit me. Quis est ille? Tu Domine Deus miserator,& misericors; Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. Hæc ille. Ex quibus verbis colligitur, nisi Sol Christus diuinæ gratiæ suæ radijs peccatorem præueniret, nunquam à peccati somno excitaretur, nam prima gratia (secundum Theologorum sententiam) nullo modo potest mereri, alioquin, gratia non esset gratia, quare, veluti OSTREA, quæ in CONCA latet, si in MARGARITAM conuerti debet, SOLIS radijs debet perfundi; ità anima fidelis Sole diuinæ gratiæ opus habet, si inæstimabilis MARGARITA effici vult; vndè aptissimū est NORMA, huic SYMBOLO aptatum, quod est.

Misericordia Dei ineffabilis

Prima gratia mereri non potest.

A TE VIGOREM; Supple expecto; nam ex me (sic Christum alloquitur Anima) nihil possum,nisi lucæ tuæ gratiæ me præuenias, nunquàm à peccati fouea, in qua voluntariè lapsus sum, egredi potero. Sed quàm ingens sit Christi desiderium, quo exoptat nobis hanc gratiæ lucem conferre, ipsum audiamus,qui per Isai.dixit; *Inuenerunt, qui non quæsiterunt me, dixi; Ecce ego; ecce ego ad gentes, quæ non inuocabant nomen meum. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona, post cogitationes suas.* Ac si diceret. Dormiebat peccator, & ego eum excitaui; me non quærebat, & ego ei obuiam factus sum. Non me cognoscebat, & ego ei dixi; *Ecce ego; Ecce ego.* Cum aliquis alterius amici opera,& auxilio eget,ad illius domum pergit,qui vt plurimum se non posse illi auxiliari, respondet. Secus ego facio (dicit Christus) qui videns hominem in aliqua spirituali necessitate constitutum, ei occurro, & egomet peto, quid ei opus est, & illi, ea omnia,quę ei proficiunt, offero; semel, & iterum dico; *Ecce ego, Ecce ego*, hac potissimum de causa;

Norma declaratur.

Christi desiderium nostræ salutis.

Isa. dictum explicatur:

Christi immensa pietas circa peccatorem.

nam si primo me non intellexissent homines ob id bis repeto; Aut, vt hoc mysterium vobis notum sit, nempe; si semel propter peccatum à vobis patratum, me perdidistis, nec iterū ad me venire auderetis; *Ecce ego*; *Ego* inquam, *qui deleo iniquitates vestras*, *Ego*, *qui nolo mortem peccatoris*; *Ego dissimulans peccata* vestra propter pœnitentiam; *Ego* qui solus, THEMATIS verba proferre possum, *Ego*.


Thema explicatur.

QVI SOLEM gratiæ meæ præuenientis, ORIRI FACIO, etiam SVPER MALOS, ad hos potissimum, meus sermo conuertitur, cum dico; *Ecce ego*, qui, etsi millies à vobis peccatoribus offensus, tamen; *Ecce ego* præstò sum, vt gratiæ meæ lucem omnibus impartiar, ac potissimū propè istos sum, non procul ab eis recessi, licet scelerum multitudine me fugarunt; in eorum cordis vestibulo commoror; *Ego ad ostium* cordis peccatoris pulso, vt quam primum mihi ianuam aperuerit, intus me recipiet. *Cœnabo cum illo, & ipse mecum*, vt vnusquisquè fidelis, quamuis scelestis peccator sit, non ignoret, me salutis eius famem, & sitim habere. *Ego* inquam paratus stò promptus, & expeditus in sui auxilium. Nec opus est, vt clamando defatigetur peccator, vt auxilium meum imploret, & dicat; A TE VIGOREM, nam gratiæ meæ subsequentis radios iugiter ORIRI FACIO *super bonos*, SVPER MALOS verò gratia prçueniente eos excito. Restat solum quod peccator dicat cum muliere Samaritana; *Domine da mihi hanc aquā*; vt in Euág. & illicò eam obtinebit.

Christi promptitudo erga peccatorem.

Apoc. 3.

Explicatur Christi dictum



DOM.

DOMINICA QVARTA.

De Christi sequela.

Unde ememus panes, ut manducent hi?
Ioan. VI.

SYMBOLVM.


CVRRVS, à duobus EQVIS ductus, quorum alter ALBVS, alter verò NIGER est.

NOEMA.

A CANDORE ILLECTVS.

THEMA.

Ego si exaltatus fuero à terra, omnia TRAHAM *ad meipsum.*
Ioan. xij.



MNIA creata à summo, ac sapientissimo Artifice Deo, diuinitatis suæ vestigio signata esse, eos omnes, qui vix Theologica mysteria à limine salutauere, aperto ore fateri, certum est. Etenim naturali quādam propensione, ad eum tanquam ad proprium finem properant; nam omnia ab ipso exeunt, in ipso manent, & ad ipsum tendunt. At homo cuius gratia cuncta quæ sunt sub Sole creata sunt, præter uestigium ipsiusmet diuini Opificis imagine, & similitudine (vt aliàs in nostris elucubrationibus in lucem editis, diximus) immò, & libero arbitrio decoratus est; quapropter, non ex naturæ necessitate, uel ex impetu (quemadmodum creaturę, quæ illi sunt inferiores) sed liberè (cum sit suarum actionum Dominus) operatur, ex quo sequitur, quòd illius opera, de sua natura (quia cum uoluntatis deliberatione facta sunt) di-

Symbolum pronuntiatur.

Omnia ad Deum tendunt.

Homo imagine Dei decoratus.

Homo suarum actionum Dominus.

dignissima sint, & præstantissima, & sua dicuntur, cum suā potestate sint facta; quare, & laudabilia, vel vituperatione digna (& per consequens) remuneranda sunt, vel punienda. Cum igitur homo, non propter hoc liberum arbitrium ei datū sit, vt non operetur, sed vt non malè operetur, ipse verò (vt plurimum) tali libertate abutitur, hinc fit, vt de iure naturali vituperium, & confusio, ei debeatur; quòd si ad bonum eo vtatur, prēmio dignus est, & honore. Et sic quatuor sunt, quæ ad hominis opera de natura sua, & non ad aliarum rerum opera, sequuntur, scilicet meritum, & culpa; pœna, & gloria, & hæc sunt inseparabilia, nam ad opera hominis, postquam sunt facta, meritum vel culpa; sicuti postea ad meritum præmium, & ad culpam pœna sequitur. Quare hominis voluntas libera est veluti CVRRVS quidam cui insidens Amor (qui est primum donum ab ipsa voluntate præueniens, erga suum Creatorem) laxatis habenis, currit; iuxtà D. Augustini sententiam; Amor meus, curriculum meū, illùc feror, quocumquè fēror. At ingratus homo, beneficij accepti immemor, amorem vtiq; suum, non Deo, sed Diabolo dat. Hunc igitur voluntatis nostræ CVRRVM, duo strenui Duces ad inuicem continuò pugnant, vt alter ad Cœlum, alter verò ad Infernū, protrahant. Christus (inquam) salutis nostræ cupidus, voluntatis nostræ CVRRVI toto virium nexu præsidere studet, vt eum ad Cœlum perducat; Diabolus quoque nostram perditionem attendens, totis viribus adhibitis, ad tartara, mediāte CVRRV voluntatis nostræ (cui præesse cupit) trahere nos studet. Quare voluntatis nostræ CVRRVS, veluti à duobus EQVIS (vt diuino Platoni placuit) quorum vnus NIGER, alter verò ALBVS, trahi potest. EQVVS NIGER; Diabolus est, qui nigredinem, & deformitatem à culpa contraxit. Is, triplici fune vtitur, vt voluntatis nostræ CVRRVM ad se trahat, nam vt 1. Ioan. 2. habetur; *Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ*, ipse enim per viam latam, & spatiosam, perducit, hoc est ad Infernum. *Lata enim est via, quæ ducit ad perditionem*. EQVVS ALBVS, Christum (per innocentem humanitatem assum-

Homo cur habet liberum arbitrium.

Quatuor hominis opera sequūtur.

Volūtas hominis veluti Currus.

D. Augustinus.

Duo Duces voluntatis nostræ Currum trahere studēt.

Diabolus Equus Niger.

Diabolus triplici fune vtitur aduersus hominem.

Christus tanquam equus albus.

assumptam, significare potest, de qua ipsemet Cant. 1. dixit. *Equitatui meo assimilaui te amica mea.* (animam fidelem tunc alloquebatur) quod septuaginta interpraetes vertunt; Equo meo assimilaui te proxima mea. Christus enim volũtatis nostrae CVRRVM ad cęlum perducere sollicitus est; nostrum nunc est, hunc vel illum eligere qui nostrae voluntatis CVRRVI insideat. Quare vnusquisque fidelis, iuxtà NOEMA assumptum.

Christi humanitas equus vocatur. *70 Interpr.*

A CANDORE ILLECTVS; Voluntatis suae Currum concedere debet Christo, per EQVVM ALBVM significato, qui, & ipse triplici fune vtitur, vt suae voluntatis CVRRVI praesideat, illumq; ad aeternã gloriam trahat. Creationis opus, Redemptionis, & Glorificationis, funiculis triplex est, & is indissolubilis, ad fidelem animam deuincendam, quae naturaliter ad eum inclinata certum est; non enim maiori impetu, & vi, lapis centrum petit; spheram, ignis flamma, & flumina ad mare locum suum naturalem feruntur, quàm anima nostra ad Christum Deum inclinatur, qui nos ad se summo studio attrahere studet, prout in proposito THEMATE.

Noëma declaratur. *Triplici funiculus vtitur Christus ad illaqueandam animam.* *Anima nostra ad Deum inclinatur.*

Ego si exaltatus fuero à terra, omnia Traham ad meipsum. Tribus namquè modis; Attractio fieri solet; A calido, vt patet de vaporibus à calore Solis eleuatis; A vacuo, vt de locis, & locatis perspicuum est; A simili demum. His inquam tribus modis Christus nos ad se traxit, & à peccato sanauit. Charitatis calore, primo nos traxit; vnde 1. Ioan. 4. *Diligamus Deum, quia ipse prius dilexit nos*; quare suae dilectionis calorẽ sentientes fideles deposito mundi, & carnis pondere, leues efficiuntur, & à radijs Solis exsiccati, vsque ad ignis spheram ascendunt, vbi succenduntur, & inseparabiliter ei coniungun-tur, itaquod Apost. ad Rom. 8. ait. *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Certus sum enim* (subdit paulò infrà) *quia nequè mors, nequè vita, nequè Angeli, nequè Principatus, nequè virtutes, nequè instantia, nequè futura, nequè fortitudo, nequè altitudo, nequè profundum, nequè creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quae est in Christo Iesu Domi-*


Thema explicatur. *Attractio tribus modis fit.* *Tribus modis Christus nos ad se attrahere studet.* *Vnio inseparabilis cum Christo.* *Rom. 8.*

Non datur vacuum secundũ Philosop.

Domino nostro. Secundo attraxit nos à vacuo; Philosophorũ omnium conclusio est, non dari vacuum, & quòd cęlum potius descenderet, quàm quod natura vacuum in terra esse pateretur, vel alibi. Hanc condictionem naturæ auctor seruare voluit & ipse, quare ne in cęlo, propter Angelorum casum, vacuum daretur, voluit vt terra, idest humana natura ad supplendum Angelorum ruinas, superius ascenderet, vnde psal. 109. *Judicabit in nationibus implebit ruinas.* Attraxit nos demum à simili Christus; qui venit in similitudinem carnis peccati (nullum tamen habens peccatum) sed induit nostram mortalitatem, vt suę diuinitatis nos faceret esse participes, vt videntes nobis similem factum esse Saluatorem nostrum (qui nobis prius in tantum erat dissimilis) eum sequeremur, quare; EXALTATVS A TERRA NOS TRAXIT AD SE. Immò quotidie nos AD SE TRAHIT; nam qui esurit, si ad eum accedit, ipsemet panis efficitur; *Ego sum Panis viuus qui de cœlo descendit*; qui sitit, ipse fons est; vndè clamat; *Si quis sitit veniat ad me & bibat;* Si quis infirmatur; ipse Medicus est; *Qui sanat omnes infirmitates nostras*; Si pauperes sumus, & illum adire debemus. *Qui diues est in misericordia*, & nobis succurrit: Si quis errat; ipse est; *Pastor bonus;* Si morimur, ipse vita est; *Ego sum Resurrectio, & vita*; Si in tenebris versamur ipse *Lux est mundi*; Si ignari sumus ipse magister est; *Vos vocatis me magister*. Si in peccatis sumus; *Ipse est sanctificatio nostra*; Si opera nostra non possunt satisfacere pęnæ debitæ in hoc mundo, illum sequamur, vnà cum turba hodierna, qui *Faciet nos discumbere*, & saturati, adhuc *Superabunt fragmenta*, vt in Euangelio.

Humana natura creata ad Angelorum ruinas reparandas.

Christus omnibus modis nos ad se attrahere studet.



FERIA II. QVARTÆ.

De Christi Zelo.

Eiecit ementes, & vendentes.
Ioan. II.

SYMBOLVM.

ÆTNÆ Montis incendium.

NOEMA.

EGO TOTVS.

THEMA.

IGNIS in conſpectu eius exardeſcet.
Pſal. xlix.

ÆTNA, Mons eſt Siciliæ, perpetuò clarus incendio, à Poetis valdè celebratus; Incendij autem eius cauſas explicat Iuſtinus l. 2. Chriſtum Dominum huic Monti ſimilem eſſe, qui (vt Deus) ignis dicitur. Deuter. 4. *Deus noſter ignis conſummens eſt*, ſatis alibi probatum eſt, qui non tantum ignis dicitur, quia charitatis Symbolum eſt ignis (*& Deus charitas eſt*) verum etiam, quia ignis Amorem metaphoricè innuit Ænei. 4. Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni. Vndè, & ipſemet Deus in hoc ſenſu, Zelotes appellari voluit, quo ſanè nomine, ſignificare voluit, ſe ferre nō poſſe, vt amor ille, cultusquè ſibi vni debitus, ad Idola, Dæmoniauè transferatur. Propter ſuum honorem enim Mundum hunc creaſſe, dubium non eſt, nam omnia quæ operatus eſt Deus extra ſe, ad ſuum honorem creauit, qui ſanè honor in æternum durabit, & duplex eſt naturalis, & acquiſitus, quare, dupliciter etiam ei debetur. Ex debito naturæ (inquàm) ratio-

Symbolum pronuntiatur. De AEtna.

Chriſtus veluti AEtna.

Deus mūdum creauit propter ſuū honorem.

Honor Dei duplex.

ratione primitatis,ei debetur honor, cum solus Deus sit principium à quo omne aliud suam primitatem trahit. Alius est honor, qui non est à natura,nec ex naturę debito ei debetur, sed est honor acquisitus, & illi debitus ex mirabilibus operibus ab eo patratis, qui laudem, & gloriam ipsius Dei in se includit, quare; *Soli Deo honor, & gloria*, à nobis debetur. Duobus etenim modis operatur Deus; vno modo per se,immediate, sine creatura, & tunc opera illa nisi per exteriorem honorem,ab homine solo (qui talia opera cognoscit,non à cęteris,ipsi creaturæ rationali inferioribus) remuneratione digna sunt,cum Deus Creator,omni perfectione intra se,sit plenus, nullo indigens extra se; sed quando per hominem operatur,tunc duo præmia tali operationi debentur; vnum interius, aliud verò exterius, & est valde rationabile, vt; sicut duo cōcurrunt voluntariè simul ad vnum, ità,quod vterquè, sibi conueniens præmium consequatur, scilicet Deus honorē, qui est præmium extrinsecū, & homo vtilitatem, quæ est ipsi homini intrinseca. Quid enim faceret Deus de vtilitate,cum sit summe perfectus,& ipsamet beatitudo, à quo omne bonū emanat,nec intra se crescere potest? & quid faceret homo indigens,de honore, & gloria? Hinc fit, quòd Deus hominem remunerat interius, dando sibi præmium perficiendi eum, & ipse homo remunerat ipsummet Deum (si ita loqui licet) exterius dando sibi debitum honorem, quare vterquè suū consequitur præmium; Ex quo magna,& ineffabilis Dei clementia apparet; qui ab homine vult honorari,& glorificari. Quare,cum honor sit prēmium,exterius,& corona, quæ ab homine Deo debetur,sequitur, quòd qui debitum honorem ei non tribuit, plus tollit, quam si totum mundum destrueret. Cum igitur Deus sit summè honorabilis ab homine,honorem hunc ab homine exquirere, nulli dubium est, ipsomet dicente; *Honorem meum nemini dabo*; Quòd si aliquo modo ab ipsomet homine inhonoretur,tunc sui honoris zelator effectus, ad illum vindicandū se disponit, quare sicuti ÆTNA incēdio claret,sic ipse suum honorē zelans,ferre non potest,vt honor sibi omni iure debitus,vel alijs detur,vel conculcetur,quare cōueniens

Deus duobus modis operatur

Deus per hominem operatur.

Deo honor debetur Homini vtilitas.

Homo quomodo dicitur remunerare Deū

Homo tenetur Deū honorare.

Deus quando inhonoratur, iratur.

niens est Noēma, proposito Symbolo aptatum, videlicet.

EGO TOTVS; ideft ira accensus sum, aduersus me in honorantes. Et meritò quidem, nam si homo proprium honorem diligit, cui non tantum conuenit, vt Deo debetur; adeò quod omnia quę habet, aurum, argentũ, amicos immò ipsam vitam morti exponit, pro sui honoris defensione; Quanto magis Deus, cui proprie, & in summo conuenit honor, & veluti pręmium ei ab homine debetur, illum defendet? Si homo, qui honorem proprium diligit, nullo modo pati potest, quòd diminuatur, quanto minus honorem suum ab homine diminui patietur Deus, cui soli (vt superius diximus) debetur? Ac demum; si homo qui suum diligit honorem, omnem alium, qui possit illum diminuere, vel lædere, odio habet, quãto magis Deus, omnem alium honorem, qui suo contrariatur, destruet, & annihilabit? Cum igitur Deus omnia, quæ extra se fecit, propter suum honorem operatus sit, cui soli debetur, & proprium est, & in æternum durabit, quare homo, qui inter ceteras creaturas sibi inferiores, solus illum cognoscit, & ad eum spectat, vt & ipsemet præmium intrinsecum, consequatur (quòd ad ipsius hominis vtilitatẽ pertinet) Deo debitum non rependet honorem? quotiescunquè igitur debitum honorem Deo non reddit homo, sed illi detrahit, nonne pœna grauissima dignus censendus est? Ità sanè; quare meritò, vt in THEMATE dicitur.

Noema declaratur.

Argumentum à minori ad maius.

Deus omnia propter suũ honorem creauit.

Homo inhonorans Deum pœna dignus est.

IGNIS in conspectu eius exardescet; Nam si vnusquisquè proprij honoris factus zelator est, ità quòd propriam vitam certissime morti exponit (ne dicam diuitias, & alia bona, siuè fortunæ, siuè corporis) cui de iure non debetur honor; quanto magis sui proprij honoris zelator esse debet Deus, nã (vt diximus) propriè illi conuenit, ac debetur? *Ego Deus Zelotes*; Zelus enim amor est singolaris, qui riualem nullo modo pati potest; Hunc Christus de se habuit, quia solus super omnia amari voluit, & honorari. Quare hodierna die, Phariseorum videns iniquitatem, qui sub prætestu Sacrificiorũ, Patris sui domum prophanabant, zelus domus suæ comedit eum; Hunc similem Patres tàm veteris, quam noui testamẽti

Thema explicatur.

Zelus quid.


Patres antiqui Zelatores honoris Dei

habuere. Ita Moyses contra Ægyptios, & contra Datan, & Abiron: pro Dei honore zelatus est; sic etiam Aaron, sic Finees, sic Samuel contra Saul, quem regno priuari iudicauit; sic ipsemet Saul contra Ionatam filium suum ostendit, illum reum mortis iudicans; sic Hælias contra falsos Prophetas; sic Isaias contra Ezechiam; sic Ezechiel cõtra peccatricem Hyerusalem; sic Hieremiam contra populum duræ ceruicis; sic Daniel adhuc infantulus contra falsos testes Susanæ; sic Ionas contra Niniuẽ; sic Ester contra Aman; sic Iudit contra Holofernem; sic Ioannes Baptista contra Herodem; sic Apostolorum Princeps, contra Simonem magum; sic Paulus contra Chorinthũ fornicatorem, sic omnes Apostoli, & Martyres contra sæuissimos Tyrannos, vna voce eis dicentes; *Obedire oportet Deo magis quàm hominibus*. Et licet multis modis nos pariter, Deum inhonoremus (nam quoties peccamus, toties Deo, debitum tollimus honorem) tamen auaritiæ peccato potissimum, ei maximam irrogamus iniuriam, quæ (vt Apostolus ait) *Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidem appetentes, errauerunt à fide, & infeuierunt se doloribus multis*. Hoc in præsenti Euangelio patet in Scribis, & Pharifeis, qui appetentes diuites fieri, propter eorum cupiditatem, non fuerunt veriti, templũ Dei prophanare, quare Christus, ira accensus; *Fecit flagellum de funiculis, & eiecit ementes, & vendentes de templo*; vt in Euangelio.

Quoties peccamus, toties Deum inhonoramus.

Auaritia peccatũ detestabile.

Christus ira accensus Templi profanatores.



FER.

FERIA III. QVARTÆ.

De Christi infinita ſapientia.

Quomodo hic litteras ſcit, cum non didicerit? *Ioan. VII.*

SYMBOLVM.

LILIVM.

NOEMA.

DVLCEDO MELLIFLVA.

THEMA.

LABIA eius diſtillantia Mirrham primam. Cant. V.



DVO ſunt Liliorvm genera, Album, & Purpureum; de hoc Plinius l. 21. hiſt. nat. c. 5. meminit: de illo idem Plinius multis in locis pertractat, & apud antiquos Sapientiæ Hieroglyficum fuit, vt Cyrillus in ſpec. ſap. l. 4. c. 19. refert. Immò, & ipſemet Salomon in Templo ab eo conſtructo, inter alia quæ fecit, duas columnas erexit, ſuper quibus, duo Lilia erant poſita. Nec vacat myſterio hoc factum. Templum illud, Chriſti corporis typũ eſſe, nã ipſemet Iudeos alloquens, dixit; *Soluite Templum hoc, & in triduo reædificabo illud, hoc autem dicebat de Templo corporis ſui.* Quare ea omnia, quæ in Templo illo manufacto erant poſita, aliquid de ipſo Chriſto innuebant; & inter cętera (vt diximus) duas columnas miræ altitudinis, & magnitudinis erigere curauit, in quarum ſummitate, duo Lilia conſpiciebantur, quibus infinitam ipſius Chriſti ſapientiam ſignificare voluiſſe, nonnulli Interpræres fatentur, cum in eo duplex eſſet ſcientia, crea-

Symbolum pronunciatur.

Lilium ſapientia symbolum.

Templum Salamoni typus Corporis Chriſti.

Duo Lilia in templo Salomonis Chriſti ſcientiam duplicem innuũt.

Scientia in Christo duplex increata, & creata.

creata scilicet, & increata. Increatam habebat, vt Deus; creatam verò, vt homo: quare ob id, Sapientem, duas suppo-suisse columnas pergrandes, & fortissimas duobus Lilijs, credendum est, vt has Dei, & hominis scientias declararet, ac primo quoad diuinam illius scientiam, certū est; quòd Deus pater ab æterno seipsum intelligens, intellectu diuino, & memoria fœcunda, generat filium, cui per generationem, eandē naturam diuinam communicat, & omnes perfectiones, quæ in ipso sunt, quæ à Theologis essentialia vocantur, sicuti sunt; intellectus, memoria, voluntas, sapientia, scientia, & id genus alia, & hæc omnia, tribus personis sunt communia; quarum scientia, & sapientia, non sunt qualitas, nec accidens quoddam (vt in nobis) sed substantia infinita, & ipsemet Deus: quare Christus, vt Deus, Patris sapientia increata est Christus vt homo, scientiā creatam habebat, quæ non est aliud, quàm clara, & euidens cognitio, & hæc triplex; in eo fuit; Infusa, Acquisita, & Beata, quæ in videndo Deum, & in ipsius Dei clara visione, non per speculum, & in ænigmate, sed facie ad faciem, consistit. Compræhensor enim Christus erat, qui ab instanti conceptionis suæ perfectè fuit Beatus, quare dicebat. *Est Pater meus, qui glorificat me, & ego noui eum*; & Ioan. 1. *Vidimus gloriam eius*, & hoc conuenit, quia beatitudo correspondet gratiæ: *Gratiam, & gloriam dabit Dominus*. Cum igitur animæ Christi, summa gratia fuerit data, ergo & summam beatitudinem habere debuit. Christus igitur (vt compræhensor) talem, ac tantam habuit sciētiam, quòd cognouit ea; quæ existunt, & omni tempore. Habuit etiam scientiam infusam Christus, vt homo, quam Deus in animæ suę creatione infudit, de qua Apost. Colos. 2. *In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi*; & Isai. 11. *Quiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & scientiæ*: Et hoc eius naturæ conueniebat, quia cum sine peccato esset, non conueniebat sine perfectione esse. Ignorantiam enim à nobis à peccato prouenire, dubium non est, cū ergo Christus peccare non potuisset, nec ignorantiam habere debuit, sed omni scientia eius anima exornata esse debebat. Vlterius; si

AEterni filij generatio.

Scientia creata in Christo triplex.

Christus comprehensor.

Colos. 2.

Ignorantia à peccato prouenit.

An-

Angeli in instanti eorum creationis, scientijs impleti fuere, quanto magis Christus, qui vt Paulus ait; *Tanto melius Angelis effectus est?* Secundum hanc scientiam, Christus omnia in suo proprio esse cognouit, quæ ad naturalia se extendebat, vt ab homine possent cognosci, intellectu agente mediante, & sic omnia diuina mysteria, & breuiter omnia quæ sunt, & quæ possibilia sunt, facta, & facienda, etiam si nunquam ad actum reducerentur, anima Christi cognoscebat. Et si per aliquod instans ipsius anima ad actum non esset redacta, imperfecta fuisset, quod non est dicendum; nam statim Christus fuit perfectus homo, sicut perfectus Deus erat, & si Salomoni (qui Christi figura fuit) tantam sapientiam Deus præstitit, quanto magis Christus habere debuit? nam; *Ecce plusquam Salomon hic*. Immò si Angelis, ac beatis tanta fuere reuelata mysteria, sicuti & Prophetis multa futura, quare non maiora, & excellentiora Christo, qui creaturas excedebat omnes, erant concedenda, cum humanitati, diuinitas vnita esset, & anima eius cum Deo, non solum per contemplationem, & amorem, sed per hypostaticam vnionem, coniuncta esset. Habuit etiam scientiam acquisitam Christus qui (vt homo) intellectum agentem habebat, sicuti & nos, & intellectum possibilem; operatio autem Intellectus Agentis est omnia facere, idest illa, quæ intellectui conueniunt, & illa quæ intellectus secundum suam capacitatem intelligere potest, à phantasmatibus, intelligibiles species abstrahens. Intellectus autem possibilis, est omnia fieri, idest rerum suscipere cognitionem, & quoniam in Christo talis intellectus fuit, dicendum puto, talem fuisse in Christo scientiam, qualem nostri Theologi, experimentalem vocant. Sciebat enim omnia per scientiam Christus, sed nondum per experientiã, quia per sensus aliquando, aliqua cognoscebat, quæ prius non cognouerat, de qua illud dictum Luc. 2. intelligitur; *Iesus autem proficiebat ætate, & sapientia*, & Hebr. 5. *Et quidem cum esset filius Dei, didicit ex his, &c.* Sciebat enim per scientiam Christus, quid esset mors, non autem per experientiam, sed cum in Cruce mortuus est, ait Apost. quod didicit. Nos quoq; per scientiã scimus, quod

Christus vt homo Angelis melior.

Salomonis sapientia Christi figura.

Scientia acquisita in Christo qua.

Intellectus duplex in Christo, vt homo.

Christus, quomodo proficiebat sapientia, idest experimẽtali.

quod Sol mane oritur, sed quando proprijs oculis hoc videbimus, tunc erit scientia per experientiam; sic Christus, vno modo rem cognoscebat, quam postea per experientiã sciebat. Sed hęc scientia in Christo non erat sicut in nobis: Nos enim per Doctores eã acquirimus; Christus verò per semetipsum, & hoc ei conuenit, eò quia Deus, ipsum nobis dedit præceptorem,& doctorem, vt Isa. 55. *Dedit Ducem, & præceptorem gentibus*, & ipsemet Christus de seipso; *Non vocemini Magistri, quia Magister vester vnus est Christus*. Officium auté Magistri est docere,& non doceri, ideo Christus cum fuerit Magister, non in hominum gymnasijs didicit, sed ab ipso Deo, per acquisitam scientiam omnia cognouit, quare cum doceret, eius singula verba erant.

Scientia experimentalis in Christo à nostra differens.

Christus verus magister.

Noëma declaratur.

Christus Trinitatũ mysterium nobis declarauit.

DVLCEDO MELLIFLVA: Vt Noëma huic Symbolo aptatum, habet. Ipse solus Trinitatis,& vnitatis mysterium ineffabile explicitè declarauit, cũ dixit Apost. *Baptizate; In nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti*; Personarum processionem manifestauit; *Exiui à patre* (idest per generationẽ ęternam) *& veni in mundum per* Incarnationem; Spiritusſancti processionẽ etiã à Patre,& à Filio declarauit; *Spiritus, qui à Patre procedit, ille de meo accipiet*; Quare de cęlestibus mysterijs disserẽs, eius sermo DVLCEDO MELLIFLVA erat: quemadmodũ etiã de his, quæ ad salutem nostram pertinent, dicendum est, Ipse solus nos docuit ea omnia, quæ ad salutem nostram sunt necessaria, ac primo. Quid sumus; *Vos Dij estis, & filij, excelsi omnes*, & Io. 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*. Vndè uenimus, scilicet è cęlo. *Nolite vocare vobis patrem super terrã, vnus enim est pater vester qui in cęlis est*; Vbi simus; idest in hoc mundo, tanquam peregrini. Quò tendimus, idest ad cęlũ. *Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum*. ac demum Qua via, nempè per seipsum, qui dixit. *Ego sum via, veritas, & vita*. Quare assumptum Thema propriè illi conuenit.

Christus necessaria ad salutẽ nos docuit.

Thema explicatur.

LABIA eius distillantia Mirrham primam. Cum dixit; *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos*. Hæc & alia id genus mysteria, declarabat Iudeis, cum de eius doctrina mirabantur dicentes; *Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit?* vt in Euangelio.

FER.

FERIA IV. QVARTÆ.

De diuina virtute, ab Oculis Christi exeũte.

Præteriens Iesus, vidit hominem cæcum à natiuitate. Ioan. IX.

SYMBOLVM.

STRVTHIO, qui fixis OCVLIS, propria OVA aspicit.

NOEMA.

OCVLIS, VITAM.

THEMA.

Inueni gratiam apud OCVLOS tuos Domine mi. Rut. primo.



TRVTHIO, Auis est ex bestiarum genere, cui datæ sunt pennæ, quibus, magnã in cursu habet celeritatem, in reliquis volucris nõ est, nec à terra tollitur; eius vngulæ ceruinis similes sũt, quibus dimicat, compræhẽdendis lapidibus vtiles, quos in fuga contra sequentes ingerit pedibus, oculorũ radijs oua iam parta fouet, quare eductis pullis, eorum membra distinguere, tradunt Naturales; quare; duplicem vitã filijs suis donare, manifestum est. Christus Dominus noster, qui metaphoricè Struthio vocari potest, de quo Iob. 30. *Et socius fui Struthionum.* in cursu neminẽ habere æqualem, Regius Psaltes psal. 18. affirmauit, illis verbis; *Exultauit, vt Gigas, ad currendam viam, à summo cœlo egressio eius*, ipse duplicem vitam vnicuique fideli donauit; vitam naturæ (qui tanquam Deus, illum creauit, & veluti homo, cum sola ipsius humanitas passa sit) vitam gratiæ illi elargiri dignatus est, quam per malitiam, & per peccatum sæpe, ac sæpius amittere, dubium non est.

Symbolum pronuntiatur. Struthio quid.

Struthio duplicem vitã filijs affert.

Christus fidelibus duplicem vitam donauit

N Hinc

Peccatum cæcitatem induit

Hinc est, quòd lumine intelligentiæ priuati peccatores, tanquã cæci, viam cœli ignorantes, in Inferni foueam labuntur, quod est propriæ malitiæ suæ effectus; vt Sapien. 11. habetur. *Excęcauit eos malitia eorum*. Quare mirum non est si illud dictum

Soph. 1.

Sophonię 1. adimpletur, dicentis; *Ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt*. Quòd si huiusçe cæcitatis naturalem cau

Cæcitas spiritualis vnde oriatur.

sam à mundi sapientibus inquiramus; diuersi diuersa dicunt, qui & ipsi *Cæci, in tenebris ambulant*. Astrologi (vt Ptolom.

Variæ opiniones.

lib. 4. dicit) Hanc cęcitatem ab impressionibus cęlestibus, ortũ

Astrologi.

habere affirmant; vnde ij, qui in Asia nascuntur, castiores, & humiliores etiam in vestitu omnibus alijs sunt. Illi verò qui sub Tauri dominio in lucem prodeunt, patientes sunt, & in laboribus læto animo perseuerantes; qui verò sub Scorpione, iracundi; qui sub Aquario, piscatores; qui sub Marte, armis dediti; qui sub Venere, libidinosi; & sic de alijs, quare bonũ, & malum, seù cæcitatis nostrę causam, à planetarum influxi-

Philosophi.

bus, nobis euenire testantur. Philosophus Ethic. 3. ait cæcitatẽ hanc ab elementorum dispositione euenire, quæ propter eorũ impræssiones, bonum, & malum in nobis generant. Medici

Medici.

verò cęcitatẽ hanc, à cibo oriri affirmãt, ità quòd ex quãtitate, & qualitate ciborum volunt; vt cæcitas hæc, oriatur. Legistæ

Legistæ.

autem, hanc cæcitatem à primi Sapientibus, & Legislatoribus nobis præstitam fuisse asserunt; nam aliquę regiones in principio homines sapientes, & illustres habuerunt, idcircò tanquã bene morigerati in cæcitatem cadere non potuerunt; sicuti è contra aliæ regiones, quæ tales sapientes non habuerunt, Bar-

Morales.

baros, & cæcos nutriunt homines. Morales cæcitatem hanc, & ad peccatum inclinationem, à cœlo descendere asserunt, at peccati executionem à fomite prouenire, fatẽtur: qui in nobis est; propter complexionem ex parentibus corruptam, adeò vt, si pater bonus est, filius pariter bonus erit; sin malus, corruptis

Theologi.

etiam moribus, eius filius erit. Theologi demum ex primorũ parentum peccato, omnem cæcitatem humano generi accidisse, affirmant. Nam si ex corporibus cœlestibus hoc fieret,

Opiniones supradictæ confutantur.

omnes nos in peccato æquales esse oporteret, quòd dicere absurdum est, etenim liberum arbitriũ destrueretur, & nullum

esset meritum, nec demeritum. Quòd à planetis id eueniat falsum est, quia planetæ inclinant, non autem cogunt, aut necessitatem imponunt. Vt Paul. ad Rom. 9, docet. Sensui etiã repugnare certum est, cæcitatem hanc à primis parentibus originem trahere, etenim, quòt ex eodem patre malo nasci videmus, qui tamen boni sunt, & etiam multos fuisse in iuuentute malos, & scelestos, qui postea Sancti ab Ecclesia venerantur. Deus itaq; liberalissimus largitor, hominem liberum constituisse, sacræ testantur Scripturæ, qui vel ad dexteram, vel ad sinistram, vtcumq; ei libuerit, pergere potest. Nec verum est Deum homini necessitatem imponere, neque mali authorem esse, vt falsò Manichei dixerunt; vult enim; *Omnes saluos fieri*; quare inclinationem ad malum, certum est nos eã à primis parentibus habere, at peccatum ipsum, nisi à propria voluntate fieri, Theologorum cætus affirmat, vndè Augustinus ait; Peccatum ideò peccatum, quia voluntarium; quod nisi voluntarium esset, neq; peccatum dici posset. Aliqua sunt (ait D. August.) quę nobis necessitate eueniunt, ut esurire, frigescere; sic paupertas, & mors, quę in nobis, non uoluntariæ, sed necessariæ sunt; sic senectus; tum in corporibus, tum in uestibus (nisi miraculo fiat) necessitate euenit; at operari, peccare, & similia, à uoluntate nostra oriuntur, ac pẽdent, quia peccatum esse non potest (ut diximus) nisi uoluntariè fiat. Iam multos uidemus ex malis, bonos effectos, & propositum mutasse; hoc autem, non nisi à libertate uoluntatis prouenire certum est. Cæcitas itaq; peccati, non à Deo est, sed à uoluntate nostra, & ob id Apostoli à Christo petunt, hodiernum cæcum uidentes, ac dicentes; *Rabbi quis peccauit hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur?* Ex quo loquendi modo apparet peccatum esse in causa, cur homo, ne dum in anima, uerum etiam in corpore cęcus sit, licet non semper oculorum corporis cęcitas, aut à peccato originali, aut ab actuali proueniat, sed ut manifestentur opera Dei in illo, prout ipsemet Christus affirmauit. Necesse enim erat, quòd Christus uerus Mesias, miraculorum splendore coruscaret; & omnium Prophetarum opera superaret; quare inter alia, & hoc præstitit, dum

Deus hominẽ creauit liberũ.

Peccatum a propria voluntate oritur.

D. August.

Peccati cæcitas à voluntate oritur.

Miraculorum necessitas in Christo.

Expuens in terram fecit lutum ex sputo, & liniuit super oculos cæci nati; qui illuminatus est, quare *à sæculo non est auditum, quòd quis aperuit oculos cæci nati*. Sed quomodo gratiā hanc recepit cęcus, Euangelistę historiam audiamus, dicentis; *Præteriens Iesus vidit hominem cæcum*, vnde ex Christi aspectu, qui veluti mysticus STRVTHIO, gratiæ suæ Oculis huic cęco nato, animæ vitam, & corpori lumen dedit, quare conueniens est NOEMA huic SYMBOLO aptatum.

Applicatio.

Noëma declaratur.

Visus quomodo fiat.


OCVLIS VITAM, scilicet, tribuo. Lis non modica inter Platonicos, & Peripateticos fuit, quo nam modo fieret visio, etenim Platonis sectatores, per extramissionem, Aristotelis verò sequaces per intramissionē, visionem fieri, affirmauerūt; dum species sensibiles, oculus in se recipit, quare dixit; Non lapis, sed species lapidis est in oculo. Quicquid de hoc sit, nihil ad nos. Ex hoc tamen colligere possumus differentiam, quæ inter Christi visionem, & nostram est; etenim ex Christi OCVLIS, gratiæ cęlestis lumen continuò exibat, quo mediante, peccati tenebras, à peccatoris anima expellebantur, quare meritò cęcus hodie à Christo illuminatus, dicere potest; OCVLIS VITAM, subaudi, recepi, vnde THEMATIS verba, & ipse replicare potest, videlicet.

Differentia inter Christi visionem, & nostram.

Inueni gratiam apud OCVLOS tuos Domine mi; etenim, nisi oculos ad eum dirigere Christus esset dignatus, profectò nec in anima, nec in corpore lumen recepisset; oculis namquè diuinæ gratiæ, peccatorē præuenit, & sanctis inspirationibus cordis eius interiora pulsat, quare, peccatorum tenebris expulsis, lumine gratiæ in corde recepto, vnà cum cæco, de quo in Euangelio, potest & ipse dicere: *Credo Domine*, scilicet quòd non meis meritis, sed tua clementia, gratiæ tuæ lumen in anima, recepi.

Thema explicatur.

Gratia præuenientis effectus.



FER.

FERIA V. QVARTÆ.

De humanæ Vitæ breuitate.

Et ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris suæ. Luc. VII.

SYMBOLVM.

Fasciculus FOENI viridis.

NOEMA.

CITO ARESCET.

THEMA.

Exiccatum est FOENVM, & cecidit Flos. Isai. xl.



FOENVM, herba est, ita dicta à fœtu, quòd herbæ eædem manentes, quotannis nouam pariant, quæ licet virorem exterius habeant, pulcherrimamq; apparentiam, tamen intus virtute carent, et humore, quare si falce resecétur, statim arescunt, & illam apparentem pulchritudinem perdunt. Appositissima sanè metaphora ad humanæ vitæ breuitatem explicandam, de qua Isai. 40. *Omnis caro FOENVM, & omnis gloria eius, quasi flos agri.* Verba sanè obseruatione digna, nō enim dicit, pauper, non miser, non afflictus, non infirmus (hoc enim non est admiratione dignum) sed ait; Omnis caro, omnis homo, licet potens, ac sapiens, diues, & in suprema dignitate constitutus, immò homo felix, & in hoc mundo beatus; vnusquisque horum, nil aliud est, quàm parum FOENI, quòd falce mortis resecatum, statim percutitur, & marcescit, quo transacto, quasi Fœnum aridum in sepulchri sterquilinium mittitur, & non solum Fœnum, sed & ipsius FLOS cadit, quòd

Symbolum pronuntiatur. Fœnum vnde dictum.

Homo veluti Fœnum. Isaiæ dictum explicatur.

Vita nostra breuitas per Fœni florem significata.

quòd innuit hinc vitæ nostræ breuitatem, nam vt plurimum Fœnum, dùm florem habet, resecatur, idest, dum vita hæc in iuuentute floret, per mortem tollitur, quare etiam iuuentus dicere potest, vt in psalmo; *Percussus sum vt Fœnum*. Permultis metaphoris sacra scriptura vtitur (& illis sanè transitorijs, & instabilibus) ad vitæ humanæ breuitatem demonstrādam, at cæteris omissis; Tres tantum ennumerabimus, cum in nostra elucubratione, typis excussa, ex professo de hoc pertractauissemus. Vmbræ, vitam hanc nostram, Regius Psaltes comparauit, illis verbis; *Dies mei, sicut vmbra declinauerunt.* & alibi; *Sicut vmbra cum declinat, ablatus sum*; Supple de præsenti sæculo, & Iob; *Homo natus de muliere, &c. Et fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet*. Etquidē meritò, nam sicut vmbra, quæ semel transijt, eadem numero nunquam redit, sic homo de hoc statu ad alium per mortem transiens, ad eundem priorem mortalitatis statum non redit, nam (vt in Psal. *Spiritus vadens, & non rediens*. Est & alia ratio, cur vmbræ vita nostra comparata sit, propter eius velocitatem; velociter enim transit vmbra, sic vita nostra, de qua D. August. lib. 13. de ciuit. Dei c. 10. ait; Tempus vitæ nostræ nihil aliud est, quàm cursus ad mortem, in quo nemo, aut paululum stare, vel aliquanto tardius ire permittitur; sed vrgentur omnes pari motu, nec diuerso impelluntur accessu. Ac demum sicuti corporis nostri vmbra, aliquando magna, interdum parua, apparet, secundum maiorem, vel minorem Solis accessum, vel recessum à nobis, etenim; cum Sol est in meridie, tunc breuis apparet, quando verò est in Ortu, vel in Occasu, tunc magna videtur, quòd si verum nostri corporis vmbram quanta sit, scire volumus, oportet quod nosmetipsos super terram extendamus; Ità sanè, quando veræ recognitionis nostræ miseriæ lumen per obliuionem à nobis recedit, tunc vita nostra, nobis longa videtur, & semper duratura, adeò quod, quamplures sunt, ac potissimum iuuenes, qui cum Psalmo dicunt; *Non mouebor à generatione hac in æternum*; ac si per nostræ fragilitatis considerationem lumen appareat, tunc verè, vitam hanc nostram breuem, ac momentaneam esse

Vita nostra tribus metaphoris transitorijs manifestatur.

Vmbra vita nostra comparatur.

Vmbra conuenientia cum vita nostra.

D. Augustinus quid de vita nostra breuitate ait.

Exemplum.

Applicatio.

Iuuenum stultitia circa vitæ breuitatem.

co-

cognoscimus: quòd sensibiliter tunc apparebit, cum corpus nostrum in sepulchro extendetur, quo quidem tempore, non plus de terra occupabit, quàm sit illius vera magnitudo, & tunc manifestabitur; Vitam hanc nostram, nihil aliud esse, quàm quædam vmbra celeriter euanescens, in qua tantum confidebamus. Oleribus etiam statum hunc nostrum Psalmista comparauit, dicens; *Quemadmodum Olera herbarum, citò decident*. Tribus namquè modis olera decidere videmus; per vermes ea, vsquè ad truncum corrodentes; per intensum, & asperum hyemis frigus; & propter nimiam siccitatem, quę in æstate nimis feruida euenire solet. His inquam modis homines, etiamsi iuuenes, fortes, & eleganti aspectu sint, per mortem pereunt. Nonnulli à vermibus intestina corrodentibus cadunt aliquando, vt de Herode Act. 12. de impijssimo Antioco Rege vt 2. Macab. 9. legitur, de cuius corpore vermes scatebant, ac de alijs permultis, vt in Officina Textoris pag. 516. Alij per vehementem hyemem, hoc est per caloris naturalis remissionē, moriuntur; vt de Dauide 3. Reg. 1. sacra historia refert, quod; *Cum senuisset, & operiretur vestibus, non calefaciebat*; Alij vt olera decidunt per nimiam siccitatem, vt in paralyticis, & aridis hominibus, proprijs oculis videmus, de quibus rectè potest intelligi illud Thren. 4. *Adhesit cutis eorum ossibus, & facta est quasi lignum*; Supple aridum. Ex his perspicuum est homines citò in morte decidere, veluti olera virentia; At Fœni metaphora, vitæ nostræ comparata, valdè conueniens est ad vitæ nostræ breuitatem manifestandam, quemadmodum dicit NORMA huic SYMBOLO propositum, quod est.

Oleribus vita nostra comparatur.

Olera tribus modis decidūt.

Applicatio;

3 Reg. 1.

CITO' ARESCET; intellige vitę nostræ Fœnum, nam vt Psal. ait; *Ego sicut Fœnum arui*, & alibi; *Hominus tanquā Fœnum velociter arescent*. CITÒ enim Fœnum ARESCIT, per intensum Solis calorem, quòd in feruida æstate aliquando contingere solet, quemadmodum de filio Viduæ, de qua hodie in Euangelio legitur, credendum est, sicuti etiam hisce temporibus, per febrium ardorem ex diuina vltione (licet in suo ætatis flore) arescere solent, quāplures iuuenes, nam inter

Norma declaratur.

Quæ de Fœno dicuntur, homini aptari possunt.

pœ-

pœnas, quas Dominus, mandatorum suorum transgressoribus comminatur, febris connumeratur, vt patet Deuteron. 28. *Percutiet te Dominus egestate, febre, & frigore, ardore, & æstu, & aëre corrupto, donec pereas.* Aliquando etiam CITÒ ARESCIT Fœnum per conculcationem, vt de pratis virentibus patet, quæ si à transeuntibus conculcentur, citò arescunt: Quo sanè modo pauperes, quando à potentibus tyrannis, siuè à suis ministris conculcantur, túnc tanquàm Fœnum Citò Arescunt; de hoc Exo. 1. historia clara est de Pharaone, qui præposuit filijs Israel magistros operum, vt affligerent eos varijs operibus, propterea pro eis conqueritur Deus, vt legitur Iudit 16. *Apparuerunt humiles mei arescentes insiti*; Quare de naturæ humanæ breuitate verùm est, quod in assumpto THEMATE dictum est.

Febris propter peccatum infligitur.

Exo. 1.

Thema explicatur.

Exiccatum est FOENVM, & cecidit Flos. Nam licet homo per multos annos viuat, tandem veluti Fœnum, per naturæ defectionem, arescere necesse est, ut in senibus, & diù languentibus patet, in quibus natura paulatim deficit, & ad occasum tendit, nam ut Apost. Hebr. 8. dicit; *Quod antiquatur, & senescit, propè interitum est*; Vndè Christi dictum Mat. 6. adimpletur de quolibet homine, dicentis; *Fœnum agri hodie est, & cras in clibanum mittitur*; quod dictum, licet de senio confectis, in agro præsentis sæculi degentibus, intelligatur qui, qua hora non putant, moriuntur, & in sepulchri clibano reponuntur, tamen superbire nullatenus debent iuuenes, qui morti magis subiacent ipsis senibus, nam si propter *Peccatum mors intrauit in mundum*; Apost. teste, & non solum de morte spirituali animę, sed etiam in corporis, intelligitur; cum Iuuenes ad patranda delicta sint senibus ipsis faciliores, ob id, magis mortis corporis periculo subiacent, vt de Viduæ filio hodierno patet.

Iuuenes magis morti subiacent quam senes.



FERIA VI. QVARTÆ.

De Mortis ineuitabilitate.

Lazarus mortuus est, vado, vt à somno excitem eum. Ioan. XI.

SYMBOLVM.


CARYBDIS, omnia deglutiens.

NOEMA.

NVNQVAM SATVRA.

THEMA.

Quasi MORS, & non ADIMPLETVR. Acab. ij.



ARYBDIS (vt scribit Salustius) locus est iuxtà Tauromittanum litus; Extatquè fabula, CARYBDIM mulierem fuisse rapacissimam, quæ cum Herculis Vaccas rapuisset, à Ioue fulminata, in monstrum fuit conuersa. Est igitur CARYBDIS mare, nautis valde periculosum, quòd contrarijs fluctuum cursibus, collisionem facit, rapta quæque absorbet, & deuorat, inexplebilisque est. CARYBDIS nomine, mortem appellari debere, ex hoc patet, nam; & ipsa, omnia deuorat, inexplebilisq; est, & nemini parcit. Visio quædã Danieli monstrata est, dum in Gusis ante portam paludis esset, qui arietem, excelsa cornua habentem vidit, vnum alio excelsius; *Et ventilabat cornua contra Orientem, contrà Aquilonem, & contrà Meridiem, & omnes bestiæ non poterant ei resistere*, vt cap. 8. legitur. Mors, cornuta hæc bestia est, de qua 3. Reg. 22. dicitur; *Fecit sibi cornua ferrea.* Illa etenim duobus acutissimis cornibus armata est, quibus ad dexteram,

Symbolum pronunciatur. Carybdis quid

Mors Carybdis appellatur.

Visio Danielis mysterijs plena

3. Reg. 22.

& ad sinistram, scilicet iuuenes, & senes; diuites, & pauperes, suis ictibus conterit; adeò quòd; si quis vnum ex illis cornibus subterfugit, reliquum euadere haud potest. In Oriente percutit, idest in puerili ætate, item in Anstrali, hoc est in iuuentute, quæ humida est, & calida; ad Aquilonem pariter, frigidum, & siccum, idest in senectute, ac demum in Occidente percutit, quia aliquos vsquè ad decrepitam ætatē expectat. quos tantò molestius ferit, quantò plures illam præcedunt gemitus, & insperatæ salutis dolores. Quare nemo est, qui huius bestiæ furori resistere valeat, & veluti à Carybdi hac deuorante, effugere possit. Nec humana prudentia illi prouidere superficit, cum eius impetus, & in modo & in loco, & in tempore incertus sit; vnde D. August. Solil. c. 3. Illa (inquit) opportuna mors, mille modis quotidiè homines rapit. Hunc nanquè febribus; illum opprimit doloribus; hunc consumit fames; illum sitis extinguit; hunc mors suffocat aquis, & illum perimit flammis; hunc interimit laqueo; illum dentibus bestiarum; hunc trucidat ferro, illum veneno corrumpit. & sic mors, tot modis humanam vitam miseram finire compellit. Et nunc super hęc omnia, magna est miseria, quia cum nihil sit morte certius; nihil tamen incertius hora mortis. Corpus humanum igitur statim, atquè in huius mundi mare magnum, ac spatiosum ingreditur, per egressionem ex matris vtero, illicò periculum ei imminet, ne tanquam nauis, quæ hinc indè à vento impellitur, in mortis voracissimam Carybdim (quæ inexplebilis est) non cadat. Est enim corpus hoc nostrum, veluti nauis, quæ; postquam per aliquod temporis spatium seruiuit, & prę vetustate dissolui incipit, ad litus maris pellitur, ibiq; putrescit, sic caro hæc; postquam per aliquot tempus animæ seruiuit, tandem inueterascit, & per mortem dissoluitur, atquè in sepulchri foueam proijcitur, & ibi putrescit, ac corrumpitur. Et sicut nauis, modico foramine habēte, nisi citò obturetur, per aquę ingressum, submergitur; sic cum per sensus exteriores aqua peccati ingreditur, illicò animam per consensum in tentationem submergit. Ità de Dauid legitur, quòd per incautum Bersabeę aspectū, naufragio

Visionis applicatio.

Mors ineuitabilis.

D Augustinus quid de morte refert.

Corpus nostrū veluti Nauis quadam.

Exemplum. Applicatio.

Dauid à naufragio proximus ad D.ū clamat

fragio proximus, clamauit dicens Psal. 68. *Saluũ me fac Deus; quoniam intrauerunt aquę vsque ad animam meam.* Ex quo sequitur, vt plurimum, quòd & ipsa corporis nauis, à deuorante mortis Carybdi deglutiatur; nam per peccatum, nedum mors animę, sed etiam corporis introducta est, iuxtà Dei comminationem, primis parentibus factam; *In quacumquè hora comedetis ex eo, morte moriemini.* Cum igitur statutum sit omnibus hominibus semel mori, iuxtà Apostoli dictum, Carybdis hæc nunquam expletur, quare aptissimum est NOEMA, huic SYMBOLO propositum, quòd est. *Mortis inexplebilitas.*

NVNQVAM SATVRA. At (proh dolor) quoties nos miseri, hanc corporis nauem, passionum ventis voluntariè, & ex certa scientia, eam in mortis Carybdim impellimus? quare nosipsi ad eius voracitatem implendam, quotidiè laboramus. *Noema declaratur.* Ab Oriente, ventus superbiæ in mortis voraginẽ pellit corpus humanum, dùm propriæ miseriæ oblitus homo, extento collo, adeo iactat se, & mundi huius voluptatibus fruitur, tanquam morti non esset obnoxius; *Homo ex se ad mortem properat.* cui id accidit quòd, & itineranti per niues euenit, Sole super illas coruscãte, qui, cũ domum ingreditur, nihil videt, & ratio est, quia illa excellens albedo tantam disgregationem in oculis facit, & tantæ claritatis phantasma relinquit, quod nihil aliud videre potest, & si domum aliquã, in qua aliquod præcipitium sit, ingrediatur, cum illud non videat, in eo cadit, ac moritur, nec aliud remediũ est, quàm quòd per aliquot tẽporis spatium, foris cõmoretur, quousq; claritatis phantasma euanescat; *Simile.* sed quid per has niues, nisi præsentis vitę prosperitates, quibus diues superbus fruitur, intelligũtur? *Applicatio.* Niues enim, dum sunt coagulatæ, lucidissimæ sunt, & albissimę, ac flante vento, reuoluuntur, & turpes efficiuntur; sic prospera mundi huius, dum homo illis fruitur, lucida videntur, & clara; sed per fortunæ instabilitatem, flante alicuius tribulationis vento, in gemitum, & luctum conuertuntur, quare superbi, cor, & affectum in eis ponentes, adeò excæcantur, quòd quando futuræ vitæ hospitium per mortem intrare debent, nihil vident, & quò vadant nesciunt, quare pericula inferni non discernẽtes, anima in gehennã cadit. Remediũ efficax ad hoc

Remedium ad hoc periculum euitandum.

igitur est, in mortis meditatione, per aliquot temporis spatium morari, & tunc cognoscet homo, voluptatibus deditus, quantũ mundi gloria, quid diuitię, & delitiæ valeant. Ab Occidente corporis naues, in voracissimam mortis Carybdim, ab iracundiæ vento pelluntur, qui Christi præcepto obtemperare noluerunt, dicentis; *Sol non occidat super iracundiam vestram*, ipsi verò iurgijs, & contentionibus dediti, vt plurimum (ita diuina permittente iustitia) ante tempus, ab inimicis ipsis trucidati, pereunt. A Meridie, siuè ab Austro etiã corporis nauis, in inexplebilem mortis Carybdim à luxurię vento proijcitur, nam quamplures, cat u is voluptatibus nimium dediti (ac potissimũ qui in ætatis suæ feruore carnis desideria insequuti sunt) hi ante tempus ab hac vita decedunt. A Septentrione demum, à Carybdi voracissima, corporis nauis absorbetur, per charitatis defectum, cum frigidi sint, auaritiæ vento impellente, qui immisericordes effecti erga pauperes, rectò Dei iuditio, ab hac vita sublati sunt, quare illud Ezech. 37. adimpletur: *A quatuor ventis cęli venit Spiritus*, idest humana tentatio, per quam ferè innumerabiles homines ante tempus, morti pabulum præbent, quæ vt in Themate dictum est.

Iracundia ventus corporis nauem in mortis Carybdim pellit.

Luxuria ventus corporis nauem ad mortẽ impellit.

Charitatis defectu corporis nauis absorbetur.

Thema explicatur.

D. Bernardi sententia timore plena.

Non Adimpletur. Cum igitur nos omnes, qui in hoc mundi mare periculosò nauigamus, ab hac Carybdi voracissima, nostri corporis nauis, tandem absorbenda sit, D. Bern. in lib. medit. audiamus, eiusq; consiliũ adimplere studeamus, dicẽtem. O anima mea, quis erit ille pauor, cũ dimissis omnibus, quorũ tibi præsentia est tam iocunda, sola ingredieris, & ignotã tibi penitus regionem, vbi occursanda cateruatim teterrima monstra videbis? Quis tibi in die tãtæ necessitatis succurret? Quis tuebitur à rugientibus præparatis ad escam? Quis consolabitur? Quis te deducet? Et subdit. Elige ergo tibi illum amicũ tuum præ omnibus amicis tuis, qui cum omnia subtracta tibi fuerint, solus tibi fidem seruabit in die sepulturæ tuę. Cum omnes amici tui recedent à te, ille te non derelinquet, sed tuebitur à rugientibus præparatis ad escam, & te perducet ad plateam supernæ Syon. Amicus iste Christus est, qui hodie Lazarum, amicum suum vocat, de quo in Euangelio.

Dom.

DOMINICA PASSIONIS.

De CHRISTI innocentia puriſſima.

Quis ex vobis arguet me de peccato?
Ioan. IIX.

SYMBOLVM.


AGNVS CANDIDVS.

NOEMA.

INTVS, ET EXTRA.

THEMA.

Erit autem AGNVS abſq; MACVLA, maſculus, anniculus.
Exo. xij.



GNVS, Ouis fœtus eſt, qui annum nondum egreſſus eſt. Inter cætera nomina, quę metaphoricè Chriſto tributa ſunt, hoc Agni nomen adeò proprium eſt, quod pręcurſor Ioannes Baptiſta, qui eum digito monſtrauit, nullo alio vſus eſt, quàm Agni nomine, dicens; *Ecce Agnus Dei; ecce qui tollis peccata mundi.* Nomen inquam adeò proprium, quòd cætera omnia excedit; etenim ſi nomē ex operibus, quæ apparent, & videntur, acquiritur, cum; tanquam Agnus, qui occiſus eſt ab origine mundi, Chriſtus, pro mundi Redemptione ęterno Patri voluntariè ſit immolatus, iuxtà illud; *In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam;* donec in plenitudinis tempore carne hac aſſumpta, ac per miraculum facta mortali, illam verè, & realiter in ara Crucis æterno Patri immolauit, quod nomen magis conueniens ei poterat aptari, quàm AGNI nomen? Omnia, quæ ex ipſius Dei præcepto in veteri

Symbolum pronunciatur. AGNI nomē Chriſto maximè conuenit.

Chriſtus tanquam Agnus Deo immolatur.

Omnes victimæ puritate nitere debebant, propter figuratum.

veteri lege populus electus ei offerre tenebatur, puritate nitere debebant; quare, *Primogenitum Asini mutabis oue*; præcepit Deus (nam immundũ animal est Asinus) cuius præcepti ratio est, quia, vt Apost. 1. Cor. 10. ait; *Omnia in figura contingebant illis*; Quare cum omnia illa sacrificia, Messiæ futuri aduentum præmonstrarent, conueniens erat, quòd puritatem redolerent, qui maiori puritate exornatus erat (iuxtà D. Thomæ doctrinã) quam Deus alicui creaturę dare posset; etenim ex purissimis sanguinibus Deiparę Virginis caro illius, Spiritus Sãcti opere formata fuit, vt nos sanctificaret, & ab omnibus inquinamentis expiaret, quare tanquam immaculatus AGNVS, in hũc mundum venit, & in ara Crucis immolari voluit. Et quidem meritò, omni sanctitate pollere debebat, qui vt peccatores pretiosi sui sanguinis effusione Deo reconciliaret, aduenerat, quo mediante, cœli ianuam, quæ propter Adæ peccatũ clausa erat, aperire debebat; ita Apost. Hebr. 9. ait. *Christus assistens Pontifex futurorum bonorum per amplius, & perfectius tabernaculũ, non manufactum, ideſt non huius creationis, neq; per sanguinem hircorum, aut vitulorum; sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta.* Quibus verbis, AGNVM Christum, Pontificem vocat, qui nouum redẽptionis modum inuenit, pro humani generis salute, à nullo alio repertũ, dum proprio suo sanguine aspersus, patrem humano generi reconciliauit. Quòd ęgregium facinus, per illud verbum; *Pontifex*, nobis declaratur; nam *Pontifex*, iuxtà Dionysij Halicarnessei, & aliorum placitum, à pontibus faciendis dicitur, quia in sacrificijs faciendis; Antiqui pontem faciebant, ac super eo, bouem, agnum, vel aliud animal, quòd mactandũ erat, ponebant adhibitis quibusdã ceremonijs extraordinarijs, quas Prudentius Poëta eximius refert, quæ cum quãplurimis affluant mysterijs, ad nostrum negotium spectantibus, eas referre non erit inutile. Ac primo; Pontifex celebraturus, Pontem erigebat, & in eo saliens, pontificalibus vestibus indutus, fronte, pretioso velo coperta, taurum illum, qui immolandus erat, cornibus aureatis, ac varijs floribus odorosis exornatis, extollebat, quẽ postea in pontis summitatem, forti funiculo, constringebat,

D. Tho. p. p. q. 25 a. 6. ad 4. Christus vt homo omnes creaturas puritate superauit.

Ratio cur Christus puritate nitere debebat. Hebr. 9.

Christus Pontifex vocatur. Pontifex vnde dicitur.

Prudent.

Pontifex quomodo sacrificabat Deo.

Quos

Quo peracto, illicò pontem illum, multis in locis terebrabat, & statim arrepto gladio, victimā illam vulnerabat, ex qua maxima sanguinis copia emergebat, qui cadens in pontem iam tenebratū, inferius multis in locis exibat; tunc Sacerdos velociter descēdens de ponte, ac subtus ipsum stans, facie cęlum versus eleuata, totum illum sanguinem, qui ex illis foraminibus effluebat, in seipso recipiebat, quare madefactus, ac sanguine aspersas habens vestes, ex eis postea (sanguinem quantum poterat) colligebat, quo; nares, labia, oculos, & aures vngebat, & quòd supererat, bibebat, quare intus, & extrà cruentatus, illo aspectu horrido, coram populo in sublimi loco, omnium oculis se demonstrabat, & ita sanguine aspersus, vt populum Deo reconciliaret, fundebat preces, tunc à populo salutabatur Pontifex, illúq; adorabant, veluti ac quid diuinum fuisset. Hac quippe de causa, Pontificem, illum vocauere, volentes ex hoc inferre, pontes illos, Pontificis, orationes, & intercessiones esse, quòd Messiæ summi Sacerdotis, de quo Psal. 119. *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*; figura erat; ipse etenim solus, genus humanum Deo patri reconciliauit, nō faciens pontes (vt Sacerdotes gentium faciebant) nec Tabernaculum ingrediens, opera hominum factum, quale erat illud Iudeorū; neq; per sanguinem hyrcorum, aut vitulorum, sed per propriū sanguinem introiuit in Sancta, æterna redemptione inuenta. Nouus inuentor igitur fuit Christus, qui pontem ex inusitata materia factum, erexit, videlicet Sanctę Crucis lignum, quòd, clauorum terebra perforatum erat, ipseq; in illius pontis summitate, amoris funiculis ligatus, corpus suum veluti taurum, vulnerari voluit; itaquod; *A planta pedis vsq; ad verticem summū*, omni ex parte pretiosum sanguinem fundebat, ac tanquā summus Sacerdos, intus, & extrà cruentatus, tunc Deum præcibus suis, humano generi placatum reddidit, quare cum aqua peccatorum eo tempore in mundo inundaret, vt Ezech. 47. dixit; *Maledictum, & furtum, & mendacium inundauerunt*; ità quod nullus esset transitus; hinc est, quod Crucis suæ ligno, pontem tutū erexit, quo ad cœlum peruenire, nos omnes possemus, cū igitur opus hoc egregiū (vt Pontifex) reconciliandi nos æterno

Ceremonia à Pontifice obseruata.

Quid per Pontes significabatur.

Christus verus Pontifex.

Crux pontem significat.

Ezech 47.

Patri, præstare deberet, Christus Dei AGNVS innocens, conueniens itidem erat, quòd esset (vt NOEMA dicit)

Noëma declaratur.

INTVS, ET EXTRA: scilicet purus, & immaculatus, quam sanè cōditionem præstantissimā, nullus alius Pontifex habuit, qui omnes (ipso excepto) pro peccatis suis primo offerre debebant, qua stante veritate; non perfectè Pontificis officio fungebantur alij, nam eorum præces primò pro seipsis, deinde pro alijs, ad Deum fundebantur, at ipse solus pro nobis tantum, oblationem fecit Deo; quod est priuilegiū huic summo Pontifici, & ipsi soli debitū ab Apost. Hebr. 7. exprçssum illis verbis: *Talis enim decebat vt nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cçlis factus, qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum Sacerdotes, priùs pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi;* hoc enim fecit semel seipsum offerendo, quare THEMA propositum, propriè illi conuenire, certum est.

Christus propriè Pontificis nomine gaudere debet.

Hebr. 7.

Thema explicatur.

ERIT AVTEM AGNVS ABSQVE MACVLA, qui lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, tanquam AGNVS ille, qui occisus est ab origine mundi. Et quemadmodum iuxtà Dei præceptū Exo. 11. AGNVS immolabatur pro peccatis populi; Sic Christus Agnus Dei, cum pro delictis totius mundi esset immolandus, vt vnusquisquè sciret, ipsum ab omni peccati labe esse immunem, licet pœnam pro peccatoribus in proprio corpore perferre debebat; ob id, videns quòd Scribç, & Pharisei malè apud vulgus de eo loquebantur; qui eius honori iugiter detrahendo, illum legis transgressorem, & peccatorem vocabant, mortis suæ instante tempore, innocentiam suam ostendit illis verbis; *Quis ex vobis arguet me de peccato?* ac si dicere voluisset. Peccatum vel corde, vel ore, vel opere, fit, aut omissione, vel origine contrahitur; Ego autem nullo horum modorum peccaui, quamuis vt Agnus in ara Crucis, æterno Patri immolaturus sim: non corde peccaui, cum semper mundas cogitationes habuerim, vnde Apoc. 1. de me cum loqueretur dixit. *Caput eius, & capilli erant candidi, sicut lana alba.* Capilli enim, eius cogitationes demonstrant, quæ in illo purissimæ fuere. Ore non peccaui, *Nam verba vitæ eternæ habui.* Io. 6. Non opere, quia; *Opera quæ ego facio ipsa testimonium perhibent de me.* Ioan. 10. Non omissione, nam; *Quid debui vltra facere vineæ meæ, & non feci?* Isai. 5. Quasi dicat, nihil aliud; non peccaui origine, originale peccatum contrahendo, nam vt Luc. 1. *Quod enim ex te nascetur Sanctum vocabitur.* Ergo cum veluti AGNVS sim, qui immolaturus sum pro peccatis; *Quis ex vobis arguet me de peccato?* vt in Euangelio.

Exo. 11.

Christi innocētia cōparatur.

Apoc. 1.

FERIA II. PASSIONIS.

De CHRISTO FONTE vberrimo.

Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.
Ioan. VII.

SYMBOLVM.

FONS, aquarum dulcedine redundans.

NOEMA.

IVGITER EMANANS.

THEMA:

Quoniam apud te, est FONS vitæ.
Psal. xxxv.



ONS, à fundendo dicitur, eo quòd aquam effundat. Duo autem sunt ij, qui Fontes habent; Mundus, & Christus Saluator. Mundus inquã, tres habet riuulos à fonte emanantes; nam; *Omne quod est in Mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ*; & ex eis superbi, luxuriosi, & auari aquã hauriunt, & qui ex ea bibunt, iterum sitiunt, quare non fontis riuuli, sed cisternæ dissipatæ, quæ non valent cõtinere aquas, debent vocari, & quidem meritò, Mundum cisternas dissipatas habere, dicendum est. Cisterna enim ad hoc construitur, vt aquam ad vitæ sustentationem necessariam in se contineat, quod si cisterna perforata sit, aquam in se nullo modo retinere poterit, quare, qui in illa confidit, æstiuo tempore, à suo desiderio frustratur, & vndè sitim expleat, non habet. Cisterna inquàm dissipata, Mundus est, qui voluptatis aquam diù retinere non valet, cum omnis mundi voluptas breuis sit, ac transitoria, nã; *Transit mundus,*

Symbolum pronuntiatur. Fons vnde dicatur.

Mundus & Christus suos Fontes habet.

Mundus tres riuulos habet.

Mũdus Cisternas habet dissipatas.

Christus veluti Fons, suos habet riuulos.

& concupiscentia eius. Habet,& suos riuos Christus ab ipso misericordiæ fonte effluentes,ex quibus, cum magno gaudio, spiritualique lætitia, gratiarum aquæ fluunt, de his Isai. 12. *Haurietis aquas in gaudio de Fontibus Saluatoris*; & quinque sunt hi riuuli,ex quibus medicaméta,pro qualibet infirmitate spirituali curanda, ordinata fuere. Aqua enim, quæ ex hoc Fonte effluit; vulneribus medetur,infirmitates curat,maculas abluit,menté reficit,& sitim extinguit;immò,aqua hac cęlesti, à Christo iugiter emanáte(qui verus Fons vitę est)mundi ignis extinguitur,de quo dicitur; *Mundus totus in maligno est positus*; idest in malo igne,nam homines diuersimode ardent; alij namq; auaritiæ igne,nonnulli gula,quáplurimi luxuria,multi ira,alij inuidia,quamplures accidia. At ex illo profundo diuinæ misericordiæ pelago,infinitæ miserationes(quasi parui riuuli ex suo Fonte emanátes,qui nullo modo euacuari possunt) erga fidelem hominem exeunt,cùm ei naturalis sit,vt Ecclesia canit; *Deus cui proprium est misereri,& parcere*; & D. August. dixit; Sicuti naturalis proprietas ignis est calefacere, & Solis lucere;ita Dei misereri;est enim misericordia in eo diuinæ bonitatis effluxus; & promptitudo quædam ad subueniendum miseris,quare ad effundendam misericordię suæ aquam ex eo (tanquam ab vberrimo Fonte iugiter emanante)non aliunde, quàm à seipso,originem trahit. Et ad hoc fabula, quá Seneca refert,valdeq; conueniens est. Fingebant Antiqui,quando Iupiter beneficia alicui conferre volebat,aliorum Deorum consilio minime egere,sed quando aliquem punire debebat,tunc cęteris Dijs conuocatis,vt vnusquisq; votum suum daret,requirebat. Hoc de Deo,non impropriè dici posse,existimamus,qui ad puniendum magna cú difficultate id præstat,veluti si magnus mons deberet moueri(cum per montem,ipsius iustitia sit adumbrata) *Iustitia tua sicut montes Dei*;ad miserendum verò promptus est,& expeditus,cum misericordiam ad manus habeat. vt psal. 35. *Domine in cœlo misericordia tua*, vel vt Glosa in margin. legit; vsquè ad cœlum;& iuxtà hanc expositionem; Tripliciter,locum hunc exponere possumus,quarum vnaquæq; interpretatio,diuinę misericordiæ largitatem copiosam manifestat

Quinq; riuuli salutares.

Aquæ huius efficacia.

Homines diuersimodè ardét.

Misericordia proprietas est Dei naturalis.
D. August.

Fabula mysterijs plena.

Applicatio.
Iustitia per Montem significata.
Misericordia ad Dei manus est.
Psal. 35.
Tripliciter psalmi dictum explicatur.

festat

festat. Vsq; ad cœlum misericordia (idest,peruenit vsque ad cœlum,ac si diceremus) Dei iustitia in suis effectibus magna est,tamen montium sublimitatē solum attingit; at diuina misericordia,vsq; ad cœlum peruenit,ac totum implet,nullamq; partem relinquit,quæ ab ea non repleatur. Ex quo colligimus, quòd diuina misericordia in sui communicatione erga nos, id quod Iustitię deficit,continet,& amplectitur (quamuis in ipso Deo misericordia,& iustitia idem prorsus sint) at quoad earū effectus,valdè differant, quare Rabi Salomon, de his duobus attributis in Deo,sermonem habens,dixit; Maior est proprietas bonitatis Dei,quā vltionis,proportione vnius ad quingenta ignoscit; quæ sanè veritas ab ipsomet Deo,Exo. 20. confirmata est, illis verbis; *Ego Deus zelotes, visitans peccata patrum in filios vsque in tertiam,& quartam generationem eorum, qui oderunt me,& faciens misericordiam in millia.* Vel aliter dictum illud psalmi iam propositum,explicatur. Vsque ad cęlum,idest vsque ad hoc, quod sit,sicut cœlum terrę; Ac si dicere vellet Rex pœnitens; *Domine misericordia tua id efficit, quòd cœlum,respectu terræ,illi præstat*; quæ sanè interpraetatio, super ilind ps. 102. fundata est,& à D. Augustino sic exposita; *Quoniam secundum altitudinem cœli à terra,corroborauit misericordiam suam super timentes se*: idest secundum cœli altitudinem,sic Deus misericordiam suam super timentes se firmauit; Veluti,ac si diceret;Dei misericordia est ipsius terræ cęlū, sed quid præstat cœlum? Si aliquando potest cœlū discedere à protectione terræ,aliquando poterit Deus, non protegere timētes se. Est enim cęlo fortior,Dei misericordia,nec alterationem aliquam patitur, teste Philosopho in lib. de cœlo;nō corrumpitur,non veterascit,non mutatur,vt ex hoc sciamus,quā tuta sit Dei protectio,quàm firma quā inuincibilis. Sed quid amplius de cœlo dici potest. Attende cœlum (verba sunt Augustini hæc) vbiquè,atquè vndiquè,protegit terram, & nulla pars terræ est,quæ non cęlo protegatur. Terra enim emittit vapores sursum, qui condensati, Solis lucem obtenebrare nituntur,nec per hoc cœlum cessat beneficia eius,conferre terrę. Peccant homines (ait idem August.) sub cœlo,faciunt omnia

Prima Interpratatio.

Quātum Dei misericordia eius Iustitiam excedat.

Secunda Interpratatio.

D. August. psal. dictum exponit.

Dei misericordia est cœlum terræ.

Misericordia Dei cœlo fortior.

D. Augustinus quid de cœli protectione verus terram dicat.

mala sub cœlo, tamen proteguntur à cęlo. Ità de peccatore dicẽdum est, qui quotidie, omni hora, immò quolibet temporis momẽto, Deum offendit, & ab eo faciem auertit, nec ob id Deus (qui misericordiæ Fons est vberrimus) faciem suam ab eo retrahit, quin potius illum exorat, vt faciem ostendat, dicẽs Cant. 2. Ostende mihi faciem tuam. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos*. Zach. 1. vt in Petro, qui Christum negauit, quem respexit, patet, Luc. 22. Amplius cęlum hoc habet (ait D. Augustin. vbi supra) Inde lux ad oculos, inde aër, inde spiritus. *Lux* (inquàm) *quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*; Ioan. 1. Aër, quo respiramus, nam; *In ipso viuimus, mouemur, & sumus*, ac demum ab eo, *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum.* Postremo, vsque ad cęlum, Domini misericordia est, nos perducendo, hæc enim sufficit nos ad cœlum perducere (licet peccatores simus) cum, vt NOEMA huic SYMBOLO appositum, dicat;

Christi clemẽtia erga peccatorem.

IVGITER EMANANS, Hoc enim valdè exoptat Deus, vt ad misericordiæ suæ Fontem indeficientem accedamus, quia vt D. Ioan. Cris. orat. de Beato Philogono ait: Benignus est Deus, & quemadmodum parturiens cupit emitti fœtum, *ita* & ille cupit effundere suam misericordiam; de qua multa diximus in nostro opere nuper in lucem edito Solil. 10. quare ea, quæ diximus Deo cõuenire, illa inquam omnia, Christo etiam, (qui verus Deus erat, & homo) aptari posse certum est, cui dicere possumus, vt in assumpto THEMATE.

Noëma declaratur.

D. Ioan. Crisost. quid de Dei misericordia dicat.

APVD TE EST FONS VITÆ, intellige, qui nunquam minuitur, *Est enim diues in misericordia*, & veluti Fons perennis aquam gratiarum iugiter ab eo emanare perspicuum est, & hoc peccatori, de venia impetranda, fiduciam præstare debet maximam, quàm misericordiam, etsì omni temporis momento, Christus Fons perennis eam infundat, tamen nunquam decrescit, quare vnumquemque inuitat, dicens; *Si quis sitit veniat ad me, & bibat*, vt in Euangelio,

Thema explicatur.

FER.

FERIA III. PASSIONIS.

De diuinorũ Iudiciorũ incõprehensibilitate.

Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendam. Ioan. VII.

SYMBOLVM.

SOL, radiorum splendore circumfusus, quem oculus noster intueri nequit.

NOEMA.

VNDIQVE TENEBRÆ.

THEMA.

Quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Roman. 11.



OLIS rota feruida, astrorum omnium tenet principatum, dictus SOL, quod solus tantã obtineat claritatem, qui cum exoritur, cunctis alijs luminibus obscuratis, tanto radiorum splendore pollet, quòd potẽtia hęc nostra visiua, illum intueri nequit, quare meritò oculis nostris tenebrosus dici potest. Hoc idẽ circa mentis nostræ oculos ad ea, q̃ naturæ sunt manifesta, Peripateticorum Princeps, in sua diuina Philosophia scriptum reliquit, his verbis: Sicut oculus Nicticoracis ad lumen Solis, ità intellectus noster ad ea, quæ manifesta sunt naturæ. Nec hyperbolicè loquutus est Philosophus, sed per conuenientem proportionem, quæ multum, ijs, quæ dicenda sunt, quadrat. Triplici etenim de causa, aliquid ab intellectu nostro nequit intelligi; vel quia ipsius rei natura sic exigit, vel propter nostræ cognitionis imbecillitatem, aut quia (sic diuina disponente Prouidentia) illud intellectu nostro celare voluit. Ipsemet

Symbolum pronunciatur.
Sol vnde dictus.

Arist.
Intellectus nostri imbecillitas.

Triplex causa cur Intellectus noster non cognoscat.

Deus,

Dei & Intelligentiarum cognitio difficilis

Deus, substantiæ separatæ; immò, & anima nostra, à corpore seiuncta, cũ hæc omnia ab omni materia sint prorsus expertia, (quæ omnis obscuritatis fons est, & origo) quid naturæ ipsæ clarius esse potest? tamen earum rerum quidditas, & essentia, ab humano intellectu cognosci nequit; & huius difficultatis ratio hæc est, quia cũ noster intellectus, dum corporali organo cõiunctus est, sine sensus auxilio, nihil possit cognoscere, nam; (vt ipsemet Philosophus dixit) Oportet intelligentem phátasmata speculari. Cum autem substantiæ abstractæ, nullam de ipsis relinquant imaginem, quæ sub sensibus nõ cadunt; hinc est, quòd à nostro intellectu intelligi nequeunt, quare, non ex parte ipsius obiecti, sed à nostra intellectiua potẽtia, defectus omnis prouenit, ac potissimũ circa ea, quæ ad Deum spectant, qui ita psal. 17. *Posuit tenebras latibulum suum.* Quemadmodum igitur Sol, qui ex natura sua lucidissimus est, tamen ab oculis corporis impossibile est videri; sic; cum Deus in seipso immensæ lucis Sol sit, tamen à mentis nostræ oculis nequit cognosci. Nec dictum illud Sap. 13. quod, *A magnitudine speciei, & creaturæ*, cognoscibiliter poterit homo creatorem horũ videre vllo modo aduersatur, hac distinctione adhibita. Duobus enim modis Deũ cognoscere possumus, primo; quatenus causa est, & finis naturalis omnium rerum, quatenus inquã est omnium rerum primum principium, & summũ bonum, à quo omnia suum esse habent participatum, & hoc modo, naturali discursu ab homine potest cognosci, quemadmodũ antiqui illi Philosophi eum cognouerunt. Alio modo, quatenus finis supernaturalis est, potest cognosci, vt cœlestium bonorũ auctor, operum nostrorum remunerator, & cœlestis gloriȩ largitor, & hoc modo, ratione naturali posse cognosci, impossibile est; nisi ipse se prius manifestet, quare; sicut nihil clarius est, quã Deũ esse (quod creaturæ omnes testantur, & ipsa natura id proclamat) sic nihil obscurius, difficiliusuè ab intellectu nostro cognosci potest, quã, quòd ipsemet Deus sit; etenim talis cognitio, omnẽ intellectus nostri captum in infinitũ excedit, propter improportionem, quæ inter obiectum, & potentiam versatur, quare; si ipsa Dei quidditas ab intellectu creato, non solum in hac

Arist.

Cur Intelligẽtias abstractas non cognoscimus.

Exemplum.

Applicatio.

Duobus modis Deus cognosci potest.

Vno modo vt finis naturalis.

Alio modo vt finis supernaturalis.

An Deus sit cognitio facilis

Quid Deus sit cognitio difficilis.

hac vita (dum anima corpori coniuncta est) sed nec post corporis solutionem in patria cóprehendi nequaquam potest, sed solum apprehendi, vt vniuersus Theologorum cętus fatetur (cum sibimet soli comprehensibilis sit Deus) qui fieri poterit, vt incomprehensibilia eius iudicia cognoscamus? quare conueniens est NOEMA huic SYMBOLO aptatum; scilicet.

Deus ab Intellectu creato cõprehẽdi nequit

Dei Iudicia incomprehensibilia.

VNDIQVE TENEBRÆ; supple sunt; hac quippe de causa Isa c. 45. dixit; *Verè tu es Deus absčõditus sanctus Israel*, & Psal. 17. *Posuit tenebras latibulum suum*; & idem est, quod Apost. dixit, quòd; *Lucem inhabitat inaccessibilem*. Idest nulla mẽtis acies est tam acuta, aut perspicax, quæ Deum, aut illius cogitationes comprehendere valeat, quòd ex verbis Iob. 23. dilucidè colligitur, dicentis. *Si ad Orientem iero, non apparet; si ad Occidentem, non intelligam eum; si ad sinistram, quid agam? non apprehendam eum; si me vertam ad dexteram, nõ videbo illum*; Et huius difficultatis impossibilitatẽ, Regius Psaltes declarat Ps. 90. illis verbis. *Quàm magnificata sunt opera tua Domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ; vir insipiens nõ cognoscet, & stultus non intelliget hæc.* Ac si diceret, insipiens, & stultus censendus est vnusquisquè homo, si credat, se Dei cogitationes comprehendere posse, nam nimis profundæ factæ sunt. Immò psal. 65. ait; *Terribilis in consilys, super filios hominum*; & Isa. 40. *Quis audiuit spiritum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?* Quis enim inter omnes homines, consilio huic subscriberet (sermo eius erat, circa humanæ Redemptionis ineffabile mysterium) nam licet in omnibus suis operibus, terribilis in suis consiliis appareat Deus, tamen multò magis in Redemptionis opere; Quis inquàm crederet, quòd Dei filius naturalis, tam ignominiosam mortem eligeret, & quòd inter duos latrones suspenderetur in patibulo, qui solo nutu, hominem de potestate Dęmonis liberare poterat; nec alius modus redimendi hominem Deo non defuit (dicebat D. Augustinus) quàm per vnigeniti filij sui passionem, & mortem, quare iuxtà assumptum Thema, nos pariter cũ Apostolo dicere possumus.

Noẽma declaratur.

Iob 23.

Psal. 90.

Psal dictum explicatur.

Deus in Redẽptionis opere terribilis in cõsilijs fuit.

Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius; Etenim, hoc supplicij genus in Crucis ligno mori,

Thema explicatur.

ex

Sapientia Dei in Crucis ligno manifestata.


Cur Christus negat se velle ascendere ad diem festum.

Documentum.

Cur occultè Christus ad diem festum ascendit.

Iudeorum perfidia.

ex altissimo Dei consilio, & eius infinita sapientia fuit, quā disposuit, infamissimam mortem pati, & cum sceleratis hominibus reputari. Et hæc est causa (ni fallor) cur negat hodie, se ad festum ascendere, & postea ascendit. qui, *Terribilis est in consilijs suis, super filios hominum*. Non enim est aliqua contradictio hæc, licet appareat, sed respondit secundum consilium, à consanguineis sibi datum. Quibus verbis, nos docet, quod ea, quę ad Dei gloriam pertinent, ad hominum gloriam non faciamus, ne euanescant. Non enim bonum agere sufficit, sed illud bonum quod fit, ad Dei gloriam sit. Significat etiam Christus fore, vt Iudeorum festa, & ceremonias, sacrificia, & oblationes breui abrogerentur, quando ad interiora velaminis, ipse, pro nobis introiret, vbi verum tabernaculi festum, non ipse tantum, sed qui essent præordinati ad vitam perpetuò apud patrem agerent. Ascendit autem ad hoc festum occultè, tum quia nondum venerat hora illa, qua transiret ab hoc mundo ad patrem, volens prius à Iudeis immaniter affligi, conspui, velari, & crucifigi; tum etiam, vt verum se hominem demonstraret; neque enim vbiquè illum decebat diuinitatis suæ potentiam demonstrare, vt exemplo esset his, qui circundati sunt infirmitate, ne inimicorum suorum animum irritent, aut Deum tentent; sed iræ dent locum. Ascendit, vt insignem suam charitatem, & misericordiā erga Iudeos commendaret, qua cupiebat eos ad veram Dei cognitionem perducere: Illi vero è contra, magna malitia, & obstinatione semper veritati restiterunt, & collatum sibi lumen reiecerunt. Quare, vt nullum prætermitteret modum, quo eos ad salutem perduceret, hodie dicit, se nolle ad diem festum ascendere, & postea ascendit, vt in Euangelio.



FER.

FERIA IV. PASSIONIS.

De Christo Pastore.

Oues meæ, vocem meam audiunt.
Ioan. X.

SYMBOLVM.

VIRGA, duos habens OCVLOS in sui summitate.

NOEMA.

HIS MVNITVS.

THEMA.

VIRGAM VIGILANTEM ego video.
Ierem. I.



IRGA, baculus tenuis est, quo ad verberandum vtimur; OCVLI verò, qui sunt pars pretiosissima corporis, animi indices sunt, & apud Ægyptios; Oculi in summitate virgæ, prouidentiæ Symbolum erant, quæ necessariò (inter alia) in vero PASTORE requiritur: Permultis nominibus se nominauit Christus; caput Ecclesiæ; lapis angularis; vitis; lux; ostium; panis viuus; Sol iustitiæ, & id genus alia; at Pastoris nomine sæpè, ac sæpius, ore proprio vocauit, quo nomine, eximium erga nos amorē declarare voluit, qui multis de causis verus, ac prouidus Pastor extitit. Etenim, ex paterna traditione, hoc nomine insigniri debuit, nam pater æternus, curam ouium ei tradidit, idest hominum, per cōmissionem, quare dicit; *Pater meus, quod dedit mihi, maius est omnibus, & nemo potest rapere de manu patris*; immò, cum ipsemet dixerit; *Ego sum Pastor bonus*; Io. 10. *Ego sum ostium ouium, si quis per me introierit, saluabitur*; ob id, verus Pastor dicendus est, cum ouibus suis

Symbolum pronunciatur.

Oculus animi Index est.

Prouidentiæ Symbolū apud Ægyptios.

Nominibus quam plurimis Christus vocauit se.

Pastoris nomē Christi proprium.

suis (idest fidelibus) ea quæ sunt necessaria prouiderit in vita, & in morte; In vita, per modū educationis, in morte, per modum accubationis, iuxtà illud Ezech. 34. *Ego pascā oues meas, & ego eas accubare faciam*, quare de seipso loquens, sub parabola Luc. 15. dixit. *Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, & veniens domum, conuocat amicos, & vicinos, dicens illis. Congratulamini mihi, quia inueni ouem, quæ perierat.* Centum oues, Angelorum, & hominum multitudinem designāt, qui omnes (saltem iure creationis) ad eum pertinent, Tunc ex illis, vnā perdidit, quando; *Omnes in Adam peccauerunt*; quare in tēporis plenitudine, nonaginta nouē in deserto dimisit, cū carnem nostrā assumpsit, Angelicam naturam prætereūdo, & ad humanam naturam (quæ perierat) venit, vnde Psal. in ipsius generis humani persona, ad ipsum pastorem clamabat; *Erraui sicut ouis, quæ perierat, quære seruum tuum.* Quibus votis, per Redemptionis opus satisfecit, & illa inuenta, imposuit eam in humeros suos, quando in Cruce dolores nostros portauit, & pater in eo posuit omniū iniquitates, vt Isai. 53. habetur, Tandem veniens domum, idest ascendens in cœlum; amicos suos conuocauit, Angelos videlicet, illis dicēs; *Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quam perdideram*, hoc est humanā naturam, quæ perierat. Quòd si inquiramus; an veri Pastoris officia præstiterit, proculdubio ea omnia in eo fuisse, cognoscemus. Et inter permultas alias veri Pastoris cōditiones, vna est, quòd oues ad agros, & campos vberrimos, amęnos, ac fertiles ducat, sed quis inter fideles ignorat, seipsum Pastorem in cibū ouibus suis dedisse? *Caro mea verè est cibus*, Ioan. 6. quare in hyeme pręsentis vitæ, cibum vitalem nobis præparauit, vt *Qui manducauerit ex hoc pane viuet in æternum;* & est panis Angelorum, qui de cœlo descendit. Fontes aquarum dulcissimos pariter, ouibus suis aperuit, ex quibus iugiter aqua viua salutis emanat, quæ sitim extinguit, ideò dicit; *Si quis sitit, veniat ad ad me, & bibat*; & mulieri Sammaritanæ dixit Ioan. 4. *Qui*

Christus, vt Pastor erga oues.

Luc. 15.

Christi parabola explicatur

Christus Pastoris officia præstitit.

biberit

biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Hac aqua (insuper) peccatorum maculas lauamus, non solum originalis peccati, sed etiam actualis; ideò de originali macula Apoc. 1. dicitur. *Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo,* idest in virtute meriti suæ passionis, quæ specialiter operatur in Baptismi Sacramento, quod non solum valet ad culpæ remissionem obtinendam (sicut cætera Sacramenta) verum etiam ad totalis pœnæ remissionem. At quia frequenter contingit huiusmodi oues post priorem lotionem, iterum, atq; iterum maculari, ideò prouidus iste Pastor, de alia aqua, ad eas lauandum prouidit, nempè de pœnitentię Sacramento, iuxtà promissum eis factũ, per Ezech. 36. *Effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.* Est; & aliud veri Pastores præcipuum munus, quod est vigilare super gregem suum, ne oues pereant, aut lupus eas deuoret. Ita de Iacob Gen. 31. legitur, qui cum multa sollicitudine oues Laban curasset, dixit. *Viginti annis fui tecum, oues tuæ, & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, nec captum à bestia ostendi tibi. Ego damnum omne reddebam. Quicquid furti perierat, à me exigebas, die noctuquè estu vrgebar, & gelu; fugiebatquè somnus ab oculis meis.* Iacob Christus est, qui non solum per viginti annos, sed per triginta tres, oues sibi à mystico Laban, hoc est ab æterno patre, commissas, custodiuit, ac à lupo infernali eas defendit, quare, dùm in Crucis ligno pendens, dixit; *Consummatum est,* tunc officij, iam præstiti, æterno patri rationem reddidit. Non enim eius oues fuere steriles, quia sua prædicatione, multos ad fidem conuertit, vndè dicitur; *Multi credebant in eum.* Oues suas pariter ab inimicis defendit, nã; *Erat Iesus eijciens Dæmonium,* aliaquè expulit, & misit in porcos; clamantes Mat. 8. *Quid tibi, & nobis Iesu, venisti ante tempus torquere nos.* Fugit somnus ab oculis eius, ideò dùm patrẽ in horto orabat, discipulos dormientes reprehendit. *Sic non potuistis vna hora vigilare mecum?* quare merito Pastoris nomine, & solus, gaudere debet, nam etsì alij; Pastoris nomine vocati fuere, vt Abel, de quo dicitur; *Fuit autem pastor ouium,* ita Iacob vnà cum filijs, qui

Grratia aqua effectus habet.

Christus vt Pastor pro nostra salute vigilauit.

Iacob. Pastor qua præstitit.

Christus mysticus Iacob. Pastoris cõditiones habuit.

Christus solus Pastor dicendus est.

Omnes victimæ puritate nitere debebant, propter figuratum.

veteri lege populus electus ei offerre tenebatur, puritate nitere debebant; quare; *Primogenitum Asini mutabis oue*; præcepit Deus (nam immundũ animal est Asinus) cuius præcepti ratio est, quia, vt Apost. 1. Cor. 10. ait; *Omnia in figura contingebant illis*; Quare cum omnia illa sacrificia, Messiæ futuri aduentum præmonstrarent, conueniens erat, quòd puritatem redolerent, qui maiori puritate exornatus erat (iuxtà D. Thomæ doctrinã) quam Deus alicui creaturę dare posset; etenim ex purissimis sanguinibus Deiparę Virginis caro illius, Spiritus Sãcti opere formata fuit, vt nos sanctificaret, & ab omnibus inquinamentis expiaret, quare tanquam immaculatus AGNVS, in hũc mundum venit, & in ara Crucis immolari voluit. Et quidem meritò, omni sanctitate pollere debebat, qui vt peccatores pretiosi sui sanguinis effusione Deo reconciliaret, aduenerat, quo mediante, cœli ianuam, quæ propter Adæ peccatũ clausa erat, aperire debebat; ita Apost. Hebr. 9. ait. *Christus assistens Pontifex futurorum bonorum per amplius, & perfectius tabernaculũ, non manufactum, idest non huius creationis, neq; per sanguinem hircorum, aut vitulorum; sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta.* Quibus verbis, AGNVM Christum, Pontificem vocat, qui nouum redẽptionis modum inuenit, pro humani generis salute, à nullo alio repertũ, dum proprio suo sanguine aspersus, patrem humano generi reconciliauit. Quòd ęgregium facinus, per illud verbum; *Pontifex*, nobis declaratur; nam *Pontifex*, iuxtà Dionysij Halicarnesei, & aliorum placitum, à pontibus faciendis dicitur, quia in sacrificijs faciendis; Antiqui pontem faciebant, ac super eo, bouem, agnum, vel aliud animal, quòd mactandũ erat, ponebant adhibitis quibusdã ceremonijs extraordinarijs, quas Prudentius Poëta eximius refert, quæ cum quãplurimis affluant mysterijs, ad nostrum negotium spectantibus, eas referre non erit inutile. Ac primo; Pontifex celebraturus, Pontem erigebat, & in eo saliens, pontificalibus vestibus indutus, fronte, pretioso velo coperta, taurum illum, qui immolandus erat, cornibus aureatis, ac varijs floribus odorosis exornatis, extollebat, quẽ postea in pontis summitatem, forti funiculo, constringebat,

D Tho. p p q. 25 a. 6. ad 4. Christus vt homo omnes creaturas puritate superauit.

Ratio cur Christus puritate nitere debebat. Hebr. 9.

Christus Pontifex vocatur. Pontifex vnde dicitur.

Prudent.

Pontifex quomodo sacrificabat Deo.

Quos

Quo peracto, illicò pontem illum, multis in locis terebrabat, & statim arrepto gladio, victimâ illam vulnerabat, ex qua maxima sanguinis copia emergebat, qui cadens in pontem iam tenebratũ, inferiùs multis in locis exibat; tunc Sacerdos velociter descẽdens de ponte, ac subtus ipsum stans, facie cęlum versus eleuata, totum illum sanguinem, qui ex illis foraminibus efflue bat, in seipso recipiebat, quare madefactus, ac sanguine aspersas habens vestes, ex eis postea (sanguinem quantum poterat) colligebat, quo; nares, labia, oculos, & aures vngebat, & quòd superarat, bibebat, quare intus, & extrà cruentatus, illo aspectu horrido, coram populo in sublimi loco, omnium oculis se demonstrabat, & ita sanguine aspersus, vt populum Deo reconci liaret, fundebat preces, tunc à populo salutabatur Pontifex, illũq; adorabant, veluti ac quid diuinum fuisset. Hac quippe de causa, Pontificem, illum vocauere, volentes ex hoc inferre, pontes illos, Pontificis, orationes, & intercessiones esse, quòd Messiæ summi Sacerdotis, de quo Psal. 119. *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*; figura erat; ipse etenim solus, genus humanum Deo patri reconciliauit, nõ faciens pontes (vt Sacerdotes gentium faciebant) nec Tabernaculum ingrediens, opera hominum factum, quale erat illud Iudeorũ; neq; per sanguinem hyrcorum, aut vitulorum, sed per propriũ sanguinem introiuit in Sancta, æterna redemptione inuenta. Nouus inuentor igitur fuit Christus, qui pontem ex inusitata materia factum, erexit, videlicet Sanctę Crucis lignum, quòd, clauorum terebra perforatum erat, ipseq; in illius pontis summitate, amoris funiculis ligatus, corpus suum veluti taurum, vulnerari voluit; itaquod; *A planta pedis vsq; ad verticem summũ*, omni ex parte pretiosum sanguinem fundebat, ac tanquã summus Sacerdos, intus, & etrà cruentatus, tunc Deum præcibus suis, humano generi placatum reddidit, quare cum aqua peccatorum eo tempore in mundo inundaret, vt Ezech. 47. dixit; *Maledictum, & furtum, & mendacium inundauerunt*; ità quod nullus esset transitus; hinc est, quod Crucis suæ ligno, pontem tutũ erexit, quo ad cœlum peruenire, nos omnes possemus, cũ igitur opus hoc egregiũ (vt Pontifex) reconciliandi nos æterno

Ceremonia à Pontifice obseruata.

Quid per Pontes significabatur.

Christus verus Pontifex.

Crux pontem significat.

Ezech 47.

Patri

Patri,præstare deberet, Christus Dei AGNVS innocens,conueniens itidem erat,quòd esset (vt NOEMA dicit)

Noëma declaratur.

INTVS, ET EXTRA: scilicet purus,& immaculatus,quam sanè cõditionem præstantissimã,nullus alius Pontifex habuit, qui omnes (ipso excepto) pro peccatis suis primo offerre debebant, qua stante veritate; non perfectè Pontificis officio fungebantur alij,nam eorum præces primò pro seipsis,deinde pro alijs, ad Deum fundebantur, at ipse solus pro nobis tantum, oblationem fecit Deo;quod est priuilegiũ huic summo Pontifici,& ipsi soli debitũ ab Apost. Hebr. 7.expressum illis verbis: *Talis enim decebat vt nobis esset Pontifex,sanctus,innocens,impollutus,segregatus à peccatoribus, & excelsior cęlis factus,qui non habet necessitatem quotidie,quemadmodum Sacerdotes,priùs pro suis delictis hostias offerre,deinde pro populi;* hoc enim fecit semel seipsum offerendo,quare THEMA propositum,propriè illi conuenire, certum est.

Christus proprio Pontificis nomine gaudere debet.

Hebr. 7.

Thema explicatur.

Exo. 11.

ERIT AVTEM AGNVS ABSQVE MACVLA, qui lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo,tanquam AGNVS ille,qui occisus est ab origine mundi. Et quemadmodum iuxtà Dei præceptũ Exo. 11. AGNVS immolabatur pro peccatis populi; Sic Christus Agnus Dei, cùm pro delictis totius mundi esset immolandus,vt vnusquisquè sciret, ipsum ab omni peccati labe esse immunem, licet pœnam pro peccatoribus in proprio corpore perferre debebat; ob id,videns quòd Scribę, & Pharisei malè apud vulgus de eo loquebantur; qui eius honori iugiter detrahendo, illum legis transgressorem, & peccatorem vocabant, mortis suæ instante tempore,innocentiam suam ostendit illis verbis; *Quis ex vobis arguet me de peccato?* ac si dicere voluisset. Peccatum vel corde, vel ore, vel opere, fit, aut omissione, vel origine contrahitur; Ego autem nullo horum modorum peccaui, quamuis vt Agnus in ara Crucis,æterno Patri immolaturus sim: non corde peccaui, cum semper mundas cogitationes habuerim, vnde Apoc. 1. de me cum loqueretur dixit. *Caput eius, & capilli erant candidi,sicut lana alba.* Capilli enim,eius cogitationes demonstrant,quæ in illo purissimæ fuere. Ore non peccaui, *Nam verba vitæ eternæ habui.* Io. 6. Non opere,quia; *Opera quæ ego facio ipsa testimonium perhibent de me*, Ioan. 10. Non omissione, nam; *Quid debui vltra facere vineæ meæ,& non feci?* Isai. 5. Quasi dicat., nihil aliud; non peccaui origine, originale peccatum contrahendo, nam vt Luc. 1. *Quod enim ex te nascetur Sanctum vocabitur.* Ergo cum veluti AGNVS sim,qui immolaturus sum pro peccatis; *Quis ex vobis arguet me de peccato?* vt in Euangelio.

Christi innocẽtia cõparatur.

Apoc. 1.

TER.

FERIA II. PASSIONIS.

De Christo Fonte vberrimo.

Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.
Ioan. VII.

SYMBOLVM.

FONS, aquarum dulcedine redundans.

NOEMA.

IVGITER EMANANS.

THEMA:

Quoniam apud te, est FONS vitæ.
Psal. xxxv.



ONS, à fundendo dicitur, eo quòd aquam effundat. Duo autem sunt ij, qui Fontes habent; Mundus, & Christus Saluator. Mundus inquã, tres habet riuulos à fonte emanantes; nam. *Omne quod est in Mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ*; & ex eis superbi, luxuriosi, & auari aquã hauriunt, & qui ex ea bibunt, iterum sitiunt, quare non fontis riuuli, sed cisternæ dissipatæ, quæ non valent cõtinere aquas, debent vocari, & quidem meritò, Mundum cisternas dissipatas habere, dicendum est. Cisterna enim ad hoc construitur, vt aquam ad vitæ sustentationem necessariam in se contineat, quod si cisterna perforata sit, aquam in se nullo modo retinere poterit, quare, qui in illa confidit, æstiuo tempore, à suo desiderio frustratur, & vndè sitim expleat, non habet. Cisterna inquàm dissipata, Mundus est, qui voluptatis aquam diù retinere non valet, cum omnis mundi voluptas breuis sit, ac transitoria, nã; *Transit mundus,*

Symbolum pronuntiatur. Fons vnde dicatur.

Mundus & Christus sues Fontes habẽt. Mundus tres riuulos habet.

Mũdus Cisternas habet dissipatas.

Christus veluti Fons, suos habet riuulos.

& concupiscentia eius. Habet,& suos riuos Christus ab ipso misericordiæ fonte effluentes,ex quibus, cum magno gaudio, spiritualique lætitia, gratiarum aquæ fluunt, de his Isai. 12. *Haurietis aquas in gaudio de Fontibus Saluatoris*; & quinque sunt hi riuuli,ex quibus medicaméta,pro qualibet infirmitate spirituali curanda, ordinata fuere. Aqua enim, quæ ex hoc Fonte effluit; vulneribus medetur,infirmitates curat,maculas abluit,menté reficit,& sitim extinguit;immò,aqua hac cęlesti, à Christo iugiter emanáte(qui verus Fons vitę est)mundi ignis extinguitur,de quo dicitur; *Mundus totus in maligno est positus*; idest in malo igné,nam homines diuersimode ardent; alij namq; auaritiæ igne,nonnulli gula,quáplurimi luxuria,multi ira,alij inuidia,quamplures accidia. At ex illo profundo diuinæ misericordiæ pelago,infinitæ miserationes(quasi parui riuuli ex suo Fonte emanátes,qui nullo modo euacuari possunt) erga fidelem hominem exeunt,cùm ei naturalis sit,vt Ecclesia canit; *Deus cui proprium est misereri,& parcere*; & D. August. dixit; Sicuti naturalis proprietas ignis est calefacere, & Solis lucere;ita Dei misereri;est enim misericordia in eo diuinæ bonitatis effluxus; & promptitudo quædam ad subueniendum miseris,quare ad effundendam misericordię suæ aquam ex eo (tanquam ab vberrimo Fonte iugiter emanante)non aliunde, quàm à seipso,originem trahit. Et ad hoc fabula, quá Seneca refert,valde conueniens est. Fingebant Antiqui,quando Iupiter beneficia alicui conferre volebat,aliorum Deorum consilio minime egere,sed quando aliquem punire debebat,tunc cęteris Dijs conuocatis,vt vnusquisq; votum suum daret,requirebat. Hoc de Deo,non impropriè dici posse,existimamus,qui ad puniendum magna cú difficultate id præstat,veluti si magnus mons deberet moueri(cum per montem,ipsius iustitia sit adumbrata) *Iustitia tua sicut montes Dei*;ad miserendum verò promptus est,& expeditus,cum misericordiam ad manus habeat. vt psal. 35. *Domine in cœlo misericordia tua*, vel vt Glosa in margin. legit; vsquè ad cœlum;& iuxtà hanc expositionem, Tripliciter,locum hunc exponere possumus,quarum vnaquæq; interpretatio,diuinę misericordiæ largitatem copiosam manifestat

Quinq; riuuli salutares.

Aqua huius efficacia.

Homines diuersimodè ardét.

Misericordia proprietas est Dei naturalis.
D. August.

Fabula mysterijs plena.

Applicatio.
Iustitia per Montem significata.
Misericordia ad Dei manus est.
Psal. 35.
Tripliciter psalmi dictum explicatur.

festat. Vsq; ad cœlum misericordia (idest, peruenit vsque ad cœlum, ac si diceremus) Dei iustitia in suis effectibus magna est, tamen montium sublimitatē solum attingit; at diuina misericordia, vsq; ad cœlum peruenit, ac totum implet, nullamq; partem relinquit, quæ ab ea non repleatur. Ex quo colligimus, quòd diuina misericordia in sui communicatione erga nos, id quod Iustitię deficit, continet, & amplectitur (quamuis in ipso Deo misericordia, & iustitia idem prorsus sint) at quoad earū effectus, valdè differant, quare Rabi Salomon, de his duobus attributis in Deo, sermonem habens, dixit; Maior est proprietas bonitatis Dei, quā vltionis, proportione vnius ad quingenta ignoscit; quæ sanè veritas ab ipsomet Deo, Exo. 20. confirmata est, illis verbis; *Ego Deus zelotes, visitans peccata patrum in filios vsque in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me, & faciens misericordiam in millia.* Vel aliter dictum illud psalmi iam propositum, explicatur. Vsque ad cęlum, idest vsque ad hoc, quod sit, sicut cœlum terrę; Ac si dicere vellet Rex pœnitens; *Domine misericordia tua id efficit, quòd cœlum, respectu terræ, illi præstat*; quæ sanè interpretatio, super illud ps. 102. fundata est, & à D. Augustino sic exposita; *Quoniam secundum altitudinem cœli à terra, corroborauit misericordiam suam super timentes se*: idest secundum cœli altitudinem, sic Deus misericordiam suam super timentes se firmauit; Veluti, ac si diceret; Dei misericordia est ipsius terræ cęlū, sed quid præstat cœlum? Si aliquando potest cœlū discedere à protectione terræ, aliquando poterit Deus, non protegere timētes se. Est enim cęlo fortior, Dei misericordia, nec alterationem aliquam patitur, teste Philosopho in lib. de cœlo; nō corrumpitur, non veterascit, non mutatur, vt ex hoc sciamus, quā tuta sit Dei protectio, quàm firma, quā inuincibilis. Sed quid amplius de cœlo dici potest. Attende cœlum (verba sunt Augustini hæc) vbiquè, atquè vndiquè, protegit terram, & nulla pars terræ est, quæ non cęlo protegatur. Terra enim emittit vapores sursum, qui condensati, Solis lucem obtenebrare nituntur, nec per hoc cœlum cessat beneficia eius, conferre terrę. Peccant homines (ait idem August.) sub cœlo, faciunt omnia

Prima Interpratatio.

Quātum Dei misericordia eius Iustitiam excedat.

Secunda Interpratatio.

D. August. ps. al. dictum exponit.

Dei misericordia est cœlum terræ.

Misericordia Dei cœlo fortior.

D. Augustinus quid de cœli protectione verus terram dicat.

mala sub cœlo, tamen proteguntur à cęlo. Ità de peccatore dicẽdum est, qui quotidie, omni hora, immò quolibet temporis momẽto, Deum offendit, & ab eo faciem auertit, nec ob id Deus (qui misericordiæ Fons est vberrimus) faciem suam ab eo retrahit, quin potius illum exorat, vt faciem ostendat, dicẽs Cant. 2. Ostende mihi faciem tuam. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos*. Zach. 1. vt in Petro, qui Christum negauit, quem respexit, patet, Luc. 22. Amplius cęlum hoc habet (ait D. Augustin. vbi supra) Inde lux ad oculos, inde aër, inde spiritus. *Lux* (inquàm) *quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*; Ioan. 1. Aër, quo respiramus, nam; *In ipso viuimus, mouemur, & sumus*, ac demum ab eo, *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum*. Postremo, vsque ad cęlum, Domini misericordia est, nos perducendo, hæc enim sufficit nos ad cœlum perducere (licet peccatores simus) cum, vt NOEMA huic SYMBOLO appositum, dicat;

Christi clemẽtia erga peccatorem.

IVGITER EMANANS, Hoc enim valdè exoptat Deus, vt ad misericordiæ suæ Fontem indeficientem accedamus, quia vt D. Ioan. Chris. orat. de Beato Philogono ait: Benignus est Deus, & quemadmodum parturiens cupit emitti fœtum, ita & ille cupit effundere suam misericordiam; de qua multa diximus in nostro opere nuper in lucem edito Solil. 10. quare ea, quæ diximus Deo cõuenire, illa inquam omnia, Christo etiam, (qui verus Deus erat, & homo) aptari posse certum est, cui dicere possumus, vt in assumpto THEMATE.

Noëma declaratur.

D. Ioan. Crisost. quid de Dei misericordia dicat.

APVD TE EST FONS VITÆ, intellige, qui nunquam minuitur, *Est enim diues in misericordia*, & veluti Fons perennis aquam gratiarum iugiter ab eo emanare perspicuum est, & hoc peccatori, de venia impetranda, fiduciam præstare debet maximam, quàm misericordiam, etsì omni temporis momento, Christus Fons perennis eam infundat, tamen nunquam decrescit, quare vnumquemque inuitat, dicens; *Si quis sitit veniat ad me, & bibat*, vt in Euangelio.

Thema explicatur.

FER.

FERIA III. PASSIONIS.

De diuinorũ Iudiciorũ incõprehensibilitate.

Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendam. Ioan. VII.

SYMBOLVM.

SOL, radiorum splendore circumfusus, quem oculus noster intueri nequit.

NOEMA.

VNDIQVE TENEBRÆ.

THEMA.

Quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Roman. ij.

Symbolum pronuntiatur.

Sol vnde dictus.



OLIS rota feruida, astrorum omnium tenet principatum, dictus Sol, quod solus tantã obtineat claritatem, qui cum exoritur, cunctis alijs luminibus obscuratis, tanto radiorum splendore pollet, quòd potẽtia hęc nostra visiua, illum intueri nequit, quare meritò oculis nostris tenebrosus dici potest. Hoc idẽ circa mentis nostræ oculos ad ea, q̃ naturæ sunt manifesta, Peripateticorum Princeps, in sua diuina Philosophia scriptum reliquit, his verbis: Sicut oculus Nicticoracis ad lumen Solis, ità intellectus noster ad ea, quæ manifesta sunt naturæ. Nec hyperbolicè loquutus est Philosophus, sed per conuenientem proportionem, quæ multum, ijs, quæ dicenda sunt, quadrat. Triplici etenim de causa, aliquid ab intellectu nostro nequit intelligi; vel quia ipsius rei natura sic exigit, vel propter nostræ cognitionis imbecillitatem, aut quia (sic diuina disponente Prouidentia) illud intellectu nostro celare voluit. Ipsemet Deus,

Arist.

Intellectus nostri imbecillitas.

Triplex causa cur Intellectus noster non cognoscit.

Dei & Intelligentiarum cognitio difficilis

Deus, substantiæ separatæ; immò, & anima nostra, à corpore seiuncta, cũ hæc omnia ab omni materia sint prorsus expertia, (quæ omnis obscuritatis fons est, & origo) quid naturæ ipsæ clarius esse potest? tamen earum rerum quidditas, & essentia, ab humano intellectu cognosci nequit; & huius difficultatis ratio hæc est, quia cũ noster intellectus, dum corporali organo cõiunctus est, sine sensus auxilio, nihil possit cognoscere, nam;

Arist.

(vt ipsemet Philosophus dixit) Oportet intelligentem phãtasmata speculari. Cum autem substantiæ abstractæ, nullam de ipsis relinquant imaginem, quæ sub sensibus nõ cadunt; hinc est, quòd à nostro intellectu intelligi nequeunt, quare, non ex

Cur Intelligẽtias abstractas non cognoscimus.

parte ipsius obiecti, sed à nostra intellectiua potẽtia, defectus omnis prouenit, ac potissimũ circa ea, quæ ad Deum spectant, qui ita psal. 17. *Posuit tenebras latibulum suum.* Quemadmodum igitur SOL, qui ex natura sua lucidissimus est, tamen ab

Exemplum

oculis corporis impossibile est videri; sic; cum Deus in seipso immensæ lucis SOL sit, tamen à mentis nostræ oculis nequit

Applicatio.

cognosci. Nec dictum illud Sap. 13. quod, *A magnitudine speciei, & creaturæ*, cognoscibiliter poterit homo creatorem horũ videre vllo modo aduersatur, hac distinctione adhibita. Duo-

Duobus modis Deus cognosci potest.

bus enim modis Deũ cognoscere possumus, primo; quatenus causa est, & finis naturalis omnium rerum, quatenus inquã est

Vno modo vt finis naturalis.

omnium rerum primum principium, & summũ bonum, à quo omnia suum esse habent participatum, & hoc modo, naturali discursu ab homine potest cognosci, quemadmodũ antiqui illi Philosophi eum cognouerunt. Alio modo, quatenus finis su-

Alio modo vt finis supernaturalis.

pernaturalis est, potest cognosci, vt cœlestium bonorũ auctor, operum nostrorum remunerator, & cœlestis glorię largitor, & hoc modo, ratione naturali posse cognosci, impossibile est; nisi

An Deus sit cognitio facilis

ipse se prius manifestet, quare; sicut nihil clarius est, quã Deũ esse (quod creaturæ omnes testantur, & ipsa natura id proclamat) sic nihil obscurius, difficiliusuè ab intellectu nostro co-

Quid Deus sit cognitio difficilis.

gnosci potest, quã, quòd ipsemet Deus sit; etenim talis cognitio, omnẽ intellectus nostri captum in infinitũ excedit, propter improportionem, quæ inter obiectum, & potentiam versatur, quare; si ipsa Dei quidditas ab intellectu creato, non solum in

hac

hac vita (dum anima corpori coniuncta est) sed nec post corporis solutionem in patria cóprehendi nequaquam potest, sed solum apprehendi, vt vniuersus Theologorum cętus fatetur (cum sibimet soli comprehensibilis sit Deus) qui fieri poterit, vt incomprehensibilia eius iudicia cognoscamus? quare conueniens est NOEMA huic SYMBOLO aptatum; scilicet.

Deus ab intellectu creato cõprehẽdi nequit

Dei Iudicia incomprehensibilia.

VNDIQVE' TENEBRÆ; supple sunt; hac quippe de causa Isa.c.45.dixit; *Verè tu es Deus abscõditus sanctus Israel*, & Ps. 17. *Posuit tenebras latibulum suum*; & idem est, quod Apost. dixit, quòd; *Lucem inhabitat inaccessibilem*. Ideſt nulla mẽtis acies est tam acuta, aut perspicax, quæ Deum, aut illius cogitationes comprehendere valeat, quòd ex verbis Iob. 23. dilucidè colligitur, dicentis. *Si ad Orientem iero, non apparet; si ad Occidentem, non intelligam eum; si ad sinistram, quid agam? non apprehendam eum; si me vertam ad dexteram, nõ videbo illum*; Et huius difficultatis impossibilitaté, Regius Psaltes declarat Ps.90. illis verbis. *Quàm magnificata sunt opera tua Domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ; vir insipiens nõ cognoscet, & stultus non intelliget hac.* Ac si diceret, insipiens, & stultus censendus est vnusquisquè homo, si credat, se Dei cogitationes comprehendere posse, nam nimis profundæ factæ sunt. Immò psal.65. ait; *Terribilis in consilys, super filios hominum*; & Isa.40. *Quis audiuit spiritum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?* Quis enim inter omnes homines, consilio huic subscriberet (sermo eius erat, circa humanæ Redemptionis ineffabile mysterium) nam licet in omnibus suis operibus, terribilis in suis consiliis appareat Deus, tamen multo magis in Redemptionis opere; Quis inquàm crederet, quòd Dei filius naturalis, tam ignominiosam mortem eligeret, & quòd inter duos latrones suspenderetur in patibulo, qui solo nutu, hominem de potestate Dęmonis liberare poterat; nec alius modus redimendi hominem Deo non defuit (dicebat D. Augustinus) quàm per vnigeniti filij sui passionem, & mortem, quare iuxtà assumptum Thema, nos pariter cũ Apostolo dicere possumus.

Noëma declaratur.

Iob 23.

Psal.90.

Psal dictum explicatur.

Deus in Redẽptionis opere terribilis in cõsilijs fuit.

Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius; Etenim, hoc supplicij genus in Crucis ligno mori,

Thema explicatur.

ex

ex altissimo Dei consilio, & eius infinita sapientia fuit, quæ disposuit, infamissimam mortem pati, & cum sceleratis hominibus reputari. Et hæc est causa (ni fallor) cur negat hodie, se ad festum ascendere, & postea ascendit, qui, *Terribilis est in consilijs suis, super filios hominum*. Non enim est aliqua contradictio hæc, licet appareat, sed respondit secundum consilium, à consanguineis sibi datum. Quibus verbis, nos docet, quod ea, quę ad Dei gloriam pertinent, ad hominum gloriam non faciamus, ne euanescant. Non enim bonum agere sufficit, sed illud bonum quod fit, ad Dei gloriam sit. Significat etiam Christus fore, vt Iudeorum festa, & ceremonias, sacrificia, & oblationes breui abrogerentur, quando ad interiora velaminis, ipse, pro nobis introiret, vbi verum tabernaculi festum, non ipse tantum, sed qui essent præordinati ad vitam perpetuò apud patrem agerent. Ascendit autem ad hoc festum occultè, tum quia nondum venerat hora illa, qua transiret ab hoc mundo ad patrem, volens prius à Iudeis immaniter affligi, conspui, velari, & crucifigi; tum etiam, vt verum se hominem demonstraret; nequè enim vbiquè illum decebat diuinitatis suæ potentiam demonstrare, vt exemplo esset his, qui circundati sunt infirmitate, ne inimicorum suorum animum irritent, aut Deum tentent; sed iræ dent locum. Ascendit, vt insignem suam charitatem, & misericordiã erga Iudeos commendaret, qua cupiebat eos ad veram Dei cognitionem perducere: Illi vero è contra, magna malitia, & obstinatione semper veritati restiterunt, & collatum sibi lumen reiecerunt. Quare, vt nullum prætermitteret modum, quo eos ad salutem perduceret, hodie dicit, se nolle ad diem festum ascendere, & postea ascendit, vt in Euangelio.


Sapientia Dei in Crucis ligno manifestata.

Cur Christus negat se velle ascendere ad diem festum.

Documentum.

Cur occultè Christus ad diem festum ascendit.

Iudeorum perfidia.



FERIA IV. PASSIONIS.

De Christo Pastore.

Oues meæ, vocem meam audiunt.
Ioan. X.

SYMBOLVM.

VIRGA, duos habens OCVLOS in sui summitate.

NOEMA.

HIS MVNITVS.

THEMA.

VIRGAM VIGILANTEM ego video.
Ierem. I.



IRGA, baculus tenuis est, quo ad verberandum vtimur; OCVLI verò, qui sunt pars pretiosissima corporis, animi indices sunt, & apud Ægyptios; Oculi in summitate virgæ, prouidentiæ Symbolum erant, quæ necessariò (inter alia) in vero PASTORE requiritur: Permultis nominibus se nominauit Christus; caput Ecclesiæ; lapis angularis; vitis; lux; ostium; panis viuus; Sol iustitiæ, & id genus alia; at Pastoris nomine sæpè, ac sæpius, ore proprio vocauit, quo nomine, eximium erga nos amoré declarare voluit, qui multis de causis verus, ac prouidus Pastor extitit. Etenim, ex paterna traditione, hoc nomine insigniri debuit, nam pater æternus, curam ouium ei tradidit, idest hominum, per cómissionem, quare dicit; *Pater meus, quod dedit mihi, maius est omnibus, & nemo potest rapere de manu patris*; immò, cum ipsemet dixerit; *Ego sum Pastor bonus*; Io. 10. *Ego sum ostium ouium, si quis per me introierit, saluabitur*; ob id, verus Pastor dicendus est, cum ouibus suis

Symbolum pronuntiatur.

Oculus animi Index est.

Prouidentiæ Symbolum apud Ægyptios.

Nominibus quam plurimis Christus vocauit se.

Pastoris nomé Christi proprium.

suis (idest fidelibus) ea quæ sunt necessaria prouiderit in vita, & in morte; In vita, per modũ educationis, in morte, per modum accubationis, iuxtà illud Ezech. 34. *Ego pascã oues meas, & ego eas accubare faciam*, quare de seipso loquens, sub parabola Luc. 15. dixit. *Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, & veniens domum, conuocat amicos, & vicinos, dicens illis. Congratulamini mihi, quia inueni ouem, quæ perierat.* Centum oues, Angelorum, & hominum multitudinem designãt, qui omnes (saltem iure creationis) ad eum pertinent, Tunc ex illis, vnã perdidit, quando; *Omnes in Adam peccauerunt*; quare in tẽporis plenitudine, nonaginta nouẽ in deserto dimisit, cũ carnem nostrã assumpsit, Angelicam naturam prætereũdo, & ad humanam naturam (quæ perierat) venit, vnde Psal. in ipsius generis humani persona, ad ipsum pastorem clamabat; *Erraui sicut ouis, quæ perierat, quære seruum tuum.* Quibus votis, per Redemptionis opus satisfecit, & illa inuenta, imposuit eam in humeros suos, quando in Cruce dolores nostros portauit, & pater in eo posuit omniũ iniquitates, vt Isai. 53. habetur, Tandem veniens domum, idest ascendens in cœlum; amicos suos conuocauit, Angelos videlicet, illis dicẽs; *Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quam perdideram*, hoc est humanã naturam, quæ perierat. Quòd si inquiramus; an veri Pastoris officia præstiterit, proculdubio ea omnia in eo fuisse, cognoscemus. Et inter permultas alias veri Pastoris cõditiones, vna est, quòd oues ad agros, & campos vberrimos, amęnos, ac fertiles ducat, sed quis inter fideles ignorat, seipsum Pastorem in cibũ ouibus suis dedisse? *Caro mea verè est cibus*, Ioan. 6. quare in hyeme pręsentis vitæ, cibum vitalem nobis præparauit, vt *Qui manducauerit ex hoc pane viuet in æternum*; & est panis Angelorum, qui de cœlo descendit. Fontes aquarum dulcissimos pariter, ouibus suis aperuit, ex quibus iugiter aqua viua salutis emanat, quæ sitim extinguit, ideò dicit; *Si quis sitit, veniat ad ad me, & bibat*; & mulieri Sammaritanæ dixit Ioan. 4. *Qui*

Christus, vt Pastor erga oues.

Luc. 15.

Christi parabola explicatur

Christus Pastoris officia præstitit.

biberit

biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Hac aqua (insuper) peccatorum maculas lauamus, non solum originalis peccati, sed etiam actualis; ideò de originali macula Apoc. 1. dicitur. *Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo,* idest in virtute meriti suæ passionis, quæ specialiter operatur in Baptismi Sacramento, quod non solum valet ad culpæ remissionem obtinendam (sicut cætera Sacramenta) verum etiam ad totalis pœnæ remissionem. At quia frequenter contingit huiusmodi oues post priorem lotionem, iterum, atq; iterum maculari, ideò prouidus iste Pastor, de alia aqua, ad eas lauandum prouidit, nempè de pœnitentię Sacramento, iuxtà promissum eis factũ, per Ezech. 36. *Effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.* Est; & aliud veri Pastores præcipuum munus, quod est vigilare super gregem suum, ne oues pereant, aut lupus eas deuoret. Ita de Iacob Gen. 31. legitur, qui cum multa sollicitudine oues Laban curasset, dixit. *Viginti annis fui tecum, oues tuæ, & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, nec captum à bestia ostendi tibi. Ego damnum omne reddebam. Quicquid furti perierat, à me exigebas, die noctuquè æstu vrgebar, & gelu; fugiebatquè somnus ab oculis meis.* Iacob Christus est, qui non solum per viginti annos, sed per triginta tres, oues sibi à mystico Laban, hoc est ab æterno patre, commissas, custodiuit, ac à lupo infernali eas defendit, quare, dùm in Crucis ligno pendens, dixit; *Consummatum est,* tunc officij, iam præstiti, æterno patri rationem reddidit. Non enim eius oues fuere steriles, quia sua prædicatione, multos ad fidem conuertit, vndè dicitur; *Multi credebant in eum.* Oues suas pariter ab inimicis defendit, nã; *Erat Iesus eijciens Dæmonium,* aliaquè expulit, & misit in porcos; clamantes Mat. 8. *Quid tibi, & nobis Iesu, venisti ante tempus torquere nos.* Fugit somnus ab oculis eius, ideò dùm patrẽ in horto orabat, discipulos dormientes reprehendit. *Sic non potuistis vna hora vigilare mecum?* quare merito Pastoris nomine, & solus, gaudere debet, nam etsì alij; Pastoris nomine vocati fuere, vt Abel, de quo dicitur; *Fuit autem pastor ouium,* ita Iacob vnà cum filijs, qui

Gratia aquæ effectus habet.

Christus vt Pastor pro nostra salute vigilauit.

Iacob. Pastor quæ præstitit.

Christus mysticus Iacob. Pastoris cõditiones habuit.

Christus solus Pastor dicendus est.

Pharaoni dixerunt; *Nos viri pastores sumus*. Ioseph pariter, qui; *Cum esset sexdecim annorum, pascebat gregem cũ fratirbus suis*; Moyses, qui *Pascebat oues Ietro soceri sui;* Dauid, qui dixit Sauli; *Pascebat seruus tuus patris sui gregem*; Ac de alijs; tamen vnusquisque dicere poterat illud psalmi; *Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius*, & ob id Moyses Deum precabatur dicẽs. *Prouideat Dominus Deus hominem, qui sit super multitudinem hanc, ne sit populus Domini, sicut oues absque Pastore*, cui Deus per Ezech. 13. respõdit; *Suscitabo super eos Pastorem vnum*, ideſt, qui vnus eſt, qui ſolus PASTOR eſt, cũ ipſe ſolus generi humano, tanquam oui erranti, ſubuenerit; nã *Propter nimiam charitatem qua dilexit nos, descendit de cęlis, & Verbum caro factum, habitu inuentus, vt homo*, vt generis humani ouem, ab inimici ore, erueret, Crucis virga aſſumpta, ei occurrit in Caluariæ monte, & captam à beſtia abſtulit, & in huius præclarę victoriæ ſignum, virgam illam erexit in hac militanti Eccleſia, quare meritò SYMBOLO iam propoſito, conueniens eſt NOEMA, quod eſt.

Moysi precatio de Christo Pastore.

HIS MVNITVS; hoc eſt ſub Chriſti veri PASTORIS protectione conſtituti nos fideles, qui illius, tanquam oues a Deo cõmiſſæ ſumus, in virtute VIRGÆ, ideſt Sanctæ Crucis, ſub huius diuini Paſtoris cura cõmorantes, non eſt cur timeamus lupum inimicum, de quo dicitur, quod; *Non est potestas super terram; quæ comparetur ei*. quare iuxta aſſumptum THEMA.

Noema declaratur.

VIRGAM VIGILANTEM EGO VIDEO, poſſum dicere ego cum Ieremia, dum hominem in gratiam conſtitutũ cerno; etenim OCVLOS Domini habet ſupra ſe ad eũ protegendum, qui ſunt amoris ipſius inditium, vt eſt Adagium; Vbi amor, ibi oculi, vt in pſal. ait; *Oculi Domini in pauperem respitiunt*; nec non Virga Crucis munitus eſt, quæ omnes inimicos vincit, quare *Nemo rapiet eas de manu mea*, dicit Chriſtus, vt in Euangelio.

Thema explicatur.



FER.

FERIA V. PASSIONIS.

De Christi, & peccatoris pœnitentis amore mutuo.

Erat mulier in Ciuitate peccatrix.
Luca VII.

SYMBOLVM.

HEDERA LIGNO hærens:

NOEMA.

NVNQVAM DIVELLAR.

THEMA.

Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delitijs affluens; INNIXA super dilectum suum? Cant. viij. 5



EDERA, hærba est perpetuò virens, sic dicta ab hærendo, quòd hæreat, & sequatur quicquid ei proximum est, quæ cum per se stare non possit, ideo ligno, sic adhæret, quòd difficillimè diuelli potest. Pro HEDERA hac, quilibet peccator pęnitens potest intelligi, qui spe firma, quam in Deum habet, peccatorum suorum veniam consequi posse, credens; de præteritis dolet, cum proposito firmo nō amplius offendendi Deum; At cum proprijs viribus per se subsistere nequeat, ligno Crucis (à quo omnis spes salutis pendet) inseparabiliter per amorē ei adhæret. Quòd ab ipsiusmet Christi gratia pręueniente, prouenit, quę ipsum peccatorem à somno peccati excitat, & ad detestanda peccata, virtutesq; amplectendas, illum prouocat; Quòd sanè mysterium per Iere. 31. declarauit ipsemet Deus illis verbis; *In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te, miserans tui.* Est enim Dei voluntas antecedens, seù signi, qua omnes

Symbolum pronunciatur.
Hedera vnde dicta.

Pœnitens veluti Hedera est.

Gratia præuenientis effectus Ier. 31.
Deus quomodo peccatores ad se trahat.
Voluntas antecedens in Deo quæ.

omnes homines ſaluos deſiderat,iuxtà illud Apo. 1. ad Tim. 2 *Deus vult omnes homines ſaluos fieri*; at electi, qui aliquando aliquod peccatum mortale cōmittunt,non eſt dubium,ſecundum Theologos,quod ſecūdum præſentem iuſtitiam,ſi in tali peccato morerentur,damnati eſſent,ideò tunc Deus eos multipliciter ſaluat; interius;dum ſuæ gratiæ lumine,illorū mentes illuminat, & eis oſtendit, quid agere debeant; exterius; dum denuò poſt collatam gratiam,cū eis bellum congreditur, & contra hoſtes pugnat; Inferius,dùm eos à peccatorum inferis liberat; ſuperius demum dum eos per hanc vitā ſecū ducit, & in cœlis locat, & hoc eſt illud quòd dicit; *Ideò attraxi te*, occultè inquam,& ſine violētia,dum gratiæ ſuæ lumine,illius conſcientiæ demū ingreditur, eamq; ſuo ſplendore illuminat, vt ſeipſos clarè conſpicientes,mundentur,& à peccatorum tenebris expurgentur, & hanc dicimus eſſe primā ſalutem, quā clementiſſimus Deus in homine introducit,& à D. Ambroſio reſurrectio prima vocatur,dicente. Hæc enim eſt prima reſurrectio peccatorū,euaſiſſe tenebras,lumenq; poſſidere iuſtitiæ, ſed hoc non præſtat ipſe Deus,niſi adſit etiā noſter conſenſus; Semper enim paratus eſt adiuuare, liberare, & ſaluare peccatorem,ſuę gratię lumine modo eius cordis oculos nō claudat, vt inſipientes illi fecerunt,qui de commiſſo crimine dolentes, ſe accuſabant dicentes; *Errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ, lumen non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non eſt ortus nobis* Sap. 5. De his conqueſtus eſt Dominus Prou. 1. *Vocaui, & renuiſtis*. At erga electos,& prædeſtinatos Deus illos (licet in peccatis ſint) ad ſe attrahit charitate eximia. Quare per Oſe. 2 modum declarat,quo vult vti,eos attrahēdi ad ſe, *Propter hoc* (verba ipſius ſunt); *Ecce ego lactabo eam, & loquar ad cor eius.* Ac ſi diceret;non enim animæ peccatrici,quam ſaluare intendo,aliquam vim inferre intendo,vt ad me reuertatur,ſed eam ſuauiter ad me alliciam. *Propter hoc* (inquam) ideſt propter peccatum ab ea commiſſum,eam relinquere deberem,verum quia elegi eam,vt æterna fruatur gloria, & ego propter hominis peccatum, carnem aſſumpſi,& Cruci affixus,mortem ſubire volui, ob id; *Ecce ego lactabo eam*. Hoc verbum *lactare*

Deus quomodo fideles ſaluat.

D. Ambr. quid pro prima Reſurrectione intelligit.

Conſenſus noſter requiritur

Deus quomodo electos ad ſe trahat.

Oſe. 2. dictum explicatur.

Lactare quid.

in sacra scriptura, idem est quod persuadere, & allicere, leniter ad se trahere, iuxtà illud Prou. 1. *Fili si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis*. Sic hoc Dei promissũ; *Ecce ego lactabo eam*, nihil aliud inferre vult, nisi quòd rationibus efficacissimis, vt ad se per pęnitentiam conuertatur peccator, suadebit; Hebrea lectio habet; Ego pelliciam eam; hoc est, blanditijs eam ad me traham. Pijssime Domine mi, animarum nostrarũ verus amator, quo maiori amoris argumento, ad significandum salutis meæ desiderium, vti poteras, quàm hoc? Ruffinus Theophil. & Theodor. affirmant promissum hoc, tunc fuisse adimpletũ, quando Deus populum suũ, de Pharaonis seruitute liberauit; at Cyril. Alex. Crysost. & alij asserũt hoc, tempore legis gratię complemẽtum recepisse, quare nos affirmare possumus, in peccatoris iustificatione dictum hoc adimpleri; tunc enim ad cor peccatoris loquitur, hac adductus ratione, nempè ob illã causalem (*Propter hoc*) hoc inquam verbum, amorem eximium quò Christus animę fidelis sponsus eam prosequitur, manifestat. Iam de multis delictis sanctus Propheta mẽtionem fecerat in illo capitulo, quare volens ea omnia in vnum constringere, his verbis conclusit; *Et mei obliuiscebatur dicit Dominus, mei* (inquàm) *obliuiscebatur*. *Propter hoc*; idest, hac de causa, quia mei obliuiscebatur. *Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius*. Inusitatum amoris argumentum est hoc, cum homines Dei obliuiscũtur, tunc lac cordis sui eis præbet. Hæc est amoris sui erga nos probatio, qui cum sit offensus, ipsemet nobis beneficia confert; *Propter hoc*, quia sui obliuiscimur, ipse nostræ salutis recordatur (nõ quod peccatum sit ratio formalis, quæ eũ ad nos amandũ moueat, sed causa est, quæ eũ inducit ad nostri miserendum) eo inquã modo, quo nonnulli Theologi dicunt, quòd si Adam non peccasset, Dei filius incarnatus fuisset, & D. Greg. peccatum ait, quod sit felix culpa; nõ quòd ratio formalis peccati esset causa Incarnationis Verbi, sed infinitæ Dei bonitati occasionẽ præbuit, vt hoc modo se nobis manifestaret. Quo sanè tempore, idest in ipsius peccatoris iustificatione, dictum illud Isai. 45. adimpletur, qui de ęterni patris filio Incarnatò sermonem habens,

Hebrea lectio.

Ruff. Theoph. & Theod opinio circa Dei promissum.

Ciril. Alex & Crys placitum.

Causalis; propter hoc explicatur.

Amoris Dei ad peccatorem supremum argumentum.

Peccatum causa est cur Deus nos amet.

Quomodo intelligatur; Felix culpa.

Isai. 45.

bens,inter alia opera eximia,quæ fecisset,hoc etiã præstitisset, quod; *In cubilibus in quibus habitabant Dracones,orietur viror calami,& iunci*, quod sanè promissum (secundum litteram) hucusquè impletum non est, quare spiritualiter intelligẽdum esse non dubito; Peccatoris cor, aliud non est, quàm cubile quoddam Draconum, & serpentium; At Deus sic operatur, quod eius gratia mediante,virtutum flores,omni suauitate affluentes,nascãtur,quare Septuaginta legunt;Illic lætitia auiũ, arundines,& paludes; His inquàm virtutũ floribus exornata anima fidelis,per spem firmam,quàm in Deo habet, se peccatorum veniam impetrasse (veluti HEDERA Christo,qui; *Est tanquam lignum,quod plantatum est secus decursus aquarum*) ita ei adhæret,quod,vt NOEMA dicit.

Spiritualiter Isai dictam explicatur.

Septuag. Inter.

NVNQVAM DIVELLAR; Etenim cũ Apost. ad Rom. 8. dicit; *Quis ergo nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an pericula, an persecutio, an gladius?* Ac si diceret; nihil horũ,me à Christi amore separare poterit;nam; *Fortis,vt mors dilectio*. Quòd peccatricis huius mulieris exemplo patet,quæ veluti HEDERA Christo (qui est lignum vitæ) adhærens,ab eo nunquam potuit diuelli, sed lachrymis,prę intimo cordis dolore,in magna copia emissis,mysticum illud lignum irrigabat; lachrymæ enim (vt D.Gregor. Nissen.ait) sunt guttæ sanguinis,de corde exeuntes,nam sicut corpus vulneratum,per vulnus ei inflictum,sanguinẽ emittit, sic cor, vera contritione sauciatum, lachrymas intimi doloris fideles testes,emittit,quare mirum non est, si per talem peccatoris mutationem,ne dum homines,sed ipsimet Angeli admirantes,propositi THEMATIS verba pronunciant.

Noëma declaratur.

Rom. 8.

Exemplo doctrina comprobatur.

Lacryma quid sit.

Quæ est ista,quæ ascendit de deserto,delitijs affluens; INNIXA super dilectum suum? Anima enim,quæ prius multis delictis maculata erat, per pœnitẽtiã ad Deum conuersa, omni virtutum genere exornata, admirationis est etiam ipsismet Angelis,qui; *Magis lætantur de peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta nouem iustis*; sicut de Magdalena in Euangelio legitur.

Thema explicatur.

Angelorum admiratio.

FER.

FERIA VI. PASSIONIS.

De INVIDIÆ damnis.

Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Ioan. XI.

SYMBOLVM.

PERILLVS, proprio Tauro inclusus, primus suæ artis experimentum præbet.

NOEMA.

CONDIGNA MERCES.

THEMA.

Si INCLVSERIT hominem; nullus est qui aperiat. Iob. xij.



PERILLVS faber Athenienſis, ingenio pręſtans, Phalaridi Tyranno Agrigentino, Taurum ex ære fabricauit, in quo reus clauderetur, ac ſubiecto igne, mugitū bouis ederet, cuius muneris nomine, cum ampliſſimo à Tyrāno (qui nouis ſemper tormentis delectabatur) ſperaret munus, proprio Tauro incluſus, ſuppoſitisq; ignibus, primus ſuæ artis experimentum præbuit. Phalaridem hunc Tyrannum ſęuiſſimū, Diabolum eſſe, non eſt cur dubitemus, qui Dei voluntati cōtradicere volens, Rex ſuper omnes filios ſuperbię effectus, ex eo ſtatim inuidia orta eſt; vnde; Superbiam, Diaboli vxorē, Inuidiam verò eius filiā eſſe dicere poſſumus, cū D. Aug. de verb. Domini dicētę, Inuidia eſt filia Superbiæ; ſed iſta mater neſcit ſine filijs eſſe; vbi fuerit, continuè parit: Suffoca matrem, & non erit filia. Phalaris igitur Diabolus, volens (pro viribus) ſuum dominiū augere, & Dei Regnum (ſi potuiſſet) deſtruere, cum hominem

Sybmolum pronunciatur. Perilli Hiſtoria.

Hiſtoria applicatio.

D. Auguſtin.

Diaboli Inuidia homo peccauit.

ad hunc finem creatum vidiſſet, vt ad illum locum aſcē leret, quem ipſe ſua ſuperbia perdiderat, hinc in ipſe ſua concepta inuidia, ne homo ad illas ſedes aſcenderet, vndè ipſe deſcenderat, toto conamine ſe dedit, vt ſic Dei regnū deſtruere poſſet, eiusq; dominium hoc modo augeretur, quare ſua calliditate, hominem ad diuinum præceptum contemnēdum induxit, & ſic tanquàm Tyrannus (per accidens) ſupra humanā naturam ſuum dominium acquiſiuit, & auxit; licet alio modo ſupremo Diabolo ſubijciātur homines, & cæteri inferiores Dęmones, nam inter ipſos malos Angelos, ſolus primus, propriam voluntatem habet, quam cæteri omnes vnanimiter ſequuntur, & nullus habet propriam voluntatem ſeparatam à primi Angeli mali voluntate, quia à principio aduerſus Deum fuerunt vniti, quare omnes, vnū Regnum faciunt, & non duo, qui pro honore primi Angeli mali, laborāt; Ex quo ſequitur, quòd inter eos nō ſit diſcordia, aut pugna, quo ad malū hominis, cum omnes ad augendum ſuū regnum tendant, ideò primus Angelus malus, cæteris vtitur, ſicut vult, qui omnes ſuæ obediunt voluntati, quare eius verè membra ſunt; ſicut corporis mēbra, hominis dicuntur membra, ac ob id, eius Angeli vocātur, quia omnes voluntariè ſeipſos dederunt ei à principio, quando in ſuæ creationis exordio eius volūtati conſenſerunt, quapropter huius Tyranni regnum, propter hāc indiuiſibilitatem, & vnionem inter eos, potens eſt. At homines peccatores aliter dicuntur eſſe Diaboli membra, cum homo propriam habeat ſuā voluntatem, qua mediāte primò Dei voluntati ſe ſubiecit, quod in illius animę creatione factum eſt; at corpori infuſa, licet per peccatum originale à Deo ſeparatus ſit homo, tamē baptiſmo, ab eo ſuſcepto, denuò cum Dei voluntate ſe coniungit; à quo per peccatum actuale (quod ab eo fit, cū ad annos diſcretionis peruenit) iterum ſeparatur, & tunc membrū Diaboli (eo modo quo dictum eſt) efficitur, cū igitur Inuidus ſit Diabolus, qui Inuidia ſua, peccatum in mundo introduxit, mirum non eſt, ſi eius membra (peccatores videlicet) & ipſi ſint hoc pęccato infecti. Eſt autē Inuidia (D. Auguſt. teſte) odium alienæ felicitatis reſpectu inferiorum, ne ſibi æquētur, reſpectu ſuperiorū, quia

Dæmones Luciferi volūtatem ſequuntur.

Diaboli Regnū potens eſt.

Homo per peccatum Diaboli membrum efficitur.

Inuidia definitio.

eis non æquatur,respectu pariũ qui sibi æquatur;vnde Cayn, prosperitati Abel fratris sui inuidit; Rachel Liæ fecunditati; & Saul Dauid fęlicitati,ac per Inuidiam hodie Iudei mortem Christo inferre cupiunt,tanquã ipsius Diaboli mẽbra,etenim extrà Deum eorum voluntatem habentes,qui Christum verũ Messiam recipere noluerunt,ob id,cum sub eius potestate essent,ipse eis vtitur,tanquam eius membris; Et quia ille non gaudet nisi in malo,hinc est, quod hominem cõtra hominem, regnum contra regnum, & per homines suam complet voluntatem,quemadmodum per Pontifices,& Phariseos hodie Diabolus,Christi mortẽ tentat,qui postea,veluti alter PERILLVS in Tauro à semetipsis constructo, liuore Inuidiæ cremantur, quare conueniens est NOEMA, huic SYMBOLO assignatũ, quod est.

Iudei Diaboli membra.

Diabolus solũ ĩ male gaudet.

CONDIGNA MERCES; intellige,inuidioso debitã,etenim; quemadmodum PERILLVS Tauro constructo,Phalandique Tyrãno oblato,iussit in illo claudi,& igne supposito, suæ artis experimentum dedit,qui miserẽ crematus est; ita homini inuidioso euenit,qui,vt Tyranno Diabolo complaceat, propriæ Inuidiæ Tauro ædificato, ab ibsomet Diabolo ibi includitur, & comburitur,& ità Inuidiæ ignis (sic diuina disponente iustitia)prius suum succendit possessorem. Vnde Vgo de S.Victore inquit: Inuidia nil est iustius,quę protinus suum auctorem cruciat; & quanto cor, vel mens inuidi per obstinationẽ durior est,tanto diutius ignis huius conseruatur in illa. Ideò Diabolus in duritia totaliter obstinatus,æternę Inuidię ignem iugiter secum portabit;propter quod auctor censetur Inuidię. & D.Augustinus in lib.de doctr.Christiana ait, Inuidia vitiũ diabolicum est. Iste igitur Diabolus, sic ignitus,& succensus inuidia,conatur ardere, & succendere hominum nouissima. Quid autem nomine nouissimi intelligẽdum sit,notandũ est; Bona in nobis, tres ordines, seù conditiones habere; hoc est principium,medium,& finem; Principium in bonis operibus nostris(quod est veluti flos)est bona cogitatio ad ipsum bonũ; medium verò, est voluntatis consensus,& tunc opera crescere incipiunt;finis autem eorũ,siuè nouissimum,est operum con-

Noema declaratur.

Vgo.Inuidiæ effectus declarat.

D. August.

Nouissima quid.

Bonorum tres ordines.

summatio,& est omnium vltimum,& perfectius. Torquetur igitur Diabolus igne inuidiæ, in bonarum cogitationum fructibus,sed hi flores facilè extinguuntur; hoc est leui tentationis vento,quia tenelli, & infirmi adhuc sunt. Torquetur autē grauius,cum in iusto,bonę cogitationis flores bene firmari videt,& per consensum germinare; sed cū ad debitæ operationis maturitatem fructus venisse prospicit,tunc durissimè dilaniatur,quare omnes vires suas,atque toto conatu,ad illa bona opera exterminanda,inducit. Hoc idem tormentū peccatori, Inuidiæ vitio contaminato,accidit,qui ob inuidiam igne perpetuo cruciatur, quare CONDIGNA MERCES ei est,& tunc assumptum THEMA verùm apparet,quod est,

Diabolus quo modo torquetur.

Hominis Inuidi tormentum.


Thema explicatur.

SI INCLVSERIT *hominem* (idest Diabolus, veluti alter Phalaris aduersus Perillum) *non est qui aperiat*; intellige ostiū, per quod in Tauro, miser ille introducebatur, quare nisi Dei auxilio, nullo modo liberari poterit; etenim cætera peccata aliquod bonum apparens,quod appetitum excitat, & desideriū inflammat,habent, sed Inuidię vitium detestabile,non à bono aliquo, seù vero,seù apparenti, sed ab ipso malo,originem trahit,& de alterius bono dolet, nam D. Bas. teste hom. de Inu. Inuidia dolor est de proximi prosperitate. Quod si proximum afflictum videt; Alienas iacturas (ait D.Crisost.hom. 41.in Mat.) suos quæstus æstimat. At si Inuidiæ verum exemplar inquirimus, à Concilio (per opus Diaboli, ab ipsismet Pontificibus,& Phariseis hodierna die collecto) ob oculos nobis ipsis ponamus, qui Christi operibus diuinis inuidentes,statuerunt eum occidere,

Inuidia à malo originem trahit.

D. Crisost.

Ab illo ergo die cogitauerunt eum interficere, vt in Euangelio.



PER.

DOMINICA PALMARVM.

De Christi Glorioſo Trivmpho.

Ecce Rex tuus venit tibi maſuetus, ſedens ſuper Aſinam. Mat. XXI.

SYMBOLVM.

PEGASVS, ideſt Equus alatus, varias coronas, ſceptra, ac trophea deferens.

NOEMA.

HINC GLORIA.

THEMA.

Nunquid præbebis EQVO fortitudinem? Iob. xxx.



EGASVS, Equus alatus eſt (vt fabulantur Poetę) iuxta Oceani fontes natus, vbi Gorgones habitabant: Fuit, & alter Palladis opera formatus; illo ſimilis, quem Gręci in ciuitate Troiæ introduxerunt, armis diuerſorum generum prægnans. Equum hunc, Chriſti Redemptoris humanitatem ſignificare (vt ſuperius dixi mus) ipſemet ſponſam alloqu ens, dixit; *Equitatui meo aſſimilaui te amica mea*, Vbi textus Gręcus legit; Equo meo, & lectio Hębrea, vnà cum 70. Interpr. habet; Equæ meæ; vnde Iſa. 31. dixit; *Equi eorum caro*. Hæc inquam Chriſti humanitas, quæ cum inimico Diabolo ad ſingulare certamẽ, paucis ab hinc diebus in Caluarię mõte venire debebat, cum victoriã indè reportare deberet (prout re ipſa illam conſequutus eſt Chriſtus) hac quippe de cauſa ante certamen, triumphare voluit, quare veluti Equus, qui inter arma educatus eſt, ſtare

Symbolum prenuntiatur.
Pegaſus quid.
Chriſti humanitas Equus appellatur. 70. Interpr.
Equus in bello deſcribitur.

ſtare non poteſt, ſed mouetur,fremit,nitrit; terram vngulā fodit,& vbi audierit buccinam,exultat audacter,in occurſum pergit armatis,cōtemnit pauorem,nec cedit gladio;ſic Chriſti humanitas ſanctiſſima,ſtare non poterat,quin (tempore congreſſus adueniēte)lętitię ſignū daret,quare de victoria ſecuritatem habens,ſolemni Triumpho,ciuitatē Hyeruſalem ingreditur,& talis eſt,quod quēlibet aliū ſuperat, longèq; excedit: quem Caius Sedulius Presb.his verbis eleganter deſcripſit.

Applicatio.

Chriſti Triūphus à ſedulio deſcribitur.

Dicite Gentiles populi, cui gloria Regi,
Talis in orbe fuit, cui palma compta, vel vnquàm
Frondibus arboreis laudum cęleſtibus hymnis
Obuia Turba dedit.

Ac ſi dicere voluiſſet. Nullus inter Triumphatores,ſiue apud Gentiles,ſeù apud Græcos, vel Romanos, tali Triumpho fuit vnquàm celebris, vt Chriſtus Domnus,cū ciuitatē Hyeruſalē ingrederetur,qui ramis,hymnis,& cāticis fuit receptus. Cuius quidem Triumphi ſolemnitas,in quatuor potiſſimū conſiſtit; in ramis,in maieſtate,in acclamationibus, & in curru. In his inquàm Chriſti Regis Triumphum, Antiquorum Triūphos ſuperare dicimus. In myſterioſa ramorum ſignificatione,hodiernus Triūphus alios ſuperauit; vnde dicitur; *Alij cedebant ramos de arboribus*; nā in alijs,ramis ſolùm ad ornatū vtebantur Antiqui,reffert Suet.in ner. c.46. Kal. Ian. exornati lares, ſed in hoc Chriſti Triūpho,rami ceduntur,ad myſteriū ſignificandum,nam oliua ex qua Iudei cedebant rami, æternitatis ſymbolū erat,vt Verdeir.l.de imagin. teſtatū reliquit, qua de cauſa Antiqui,Deorum ſimulacra ex oliuæ ligno cōſtruebant, & Salom. 3.Reg. 6. propter hoc,duos Cherubin in templo ex oliua fecit;quare,ramis oliuarū vtuntur pueri Hębreorum, vt ſignificarent(ſic diuina prouidentia volēte)omnes alios Triūphos(hoc excepto)fuiſſe fluxibiles,& momentaneos; at ſolus Chriſti Triumphus,ac ſequentiū ſe perpetuus,& illius gloria æterna,&quemadmodū oliua,etiā in hyemis rigore,viriditatē retinet,& fructum;ſic Triumphātes cū Chriſto,nunquā eorū pulchritudinem amittunt,vndè Dauid pſ. 51. *Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei*, ità quod; *Folium eius non defluet.*

Triumphus Chriſti quatuor cōditionibus omnes alios ſuperat.

Prima cōditio in ramorum ſignificatione Chriſti Triūphus alios ſuperat

Oliua æternitatis Symbolum

Oliua Chriſti Triumphum perpetuum oſtendit.

Adde

Adde quòd Triũphatorẽ Christum,ramis oliuarũ receperunt Hyerosolimitani,quia pacis symbolum oliua est,vt de Noè legitur,qui columbã ex arca emisit,quę ramũ oliuę viridẽ deferens in ore,cognouit pacem fuisse factã inter Deum, & genus humanũ. Itã sanè,rami oliuarũ,in Christi triumpho adsunt, in signum reconciliationis inter Deum,& hominẽ,cũ ipse met; *Pax nostra fuerit.* In maiestate,Christi Triũphus omnes alios superat,nam; ***Plurima turba strauerunt vestimenta sua in via.*** Celebres erant apud Romanos Triumphi, propter vestiũ pretiositatem,necnon,per superbos apparatus; verum enimuero, & in hoc, Christi Triumphus,illis superior extitit, etiam si de Triũphatoribus Tito,ac Vespasiano referat Ioseph l.7. de bello Iud c,24.dicẽs. Etenim argenti,auriq;,nec nõ eboris in omni spetie operum,multitudinẽ,non vt in pompa ferri cerneres,sed vt ita dixerim fluere.Vestiti erãt insuper purpura,& bysso illo die,& erat apparatus hinc inde pretiosissimus Attamẽ Christi Triumphus,non solũ hunc,sed cæteros omnes decore,& splẽdore superauisse, ex hoc apparet, quia purpuram, & byssum ciues Hyerosolimitani *Prosternebant in via;* itã quod pretiosæ illę vestes pro tapeto, Christi iumento sternebant. In Acclamationibus insuper,Christi Triumphus Antiquorum Triumphos valdè excessit; ***Turbæ autem,quæ præcedebant,& sequebantur,clamabant dicentes: Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domine, Osanna in altissimis.*** Varijs acclamationum generibus antiquitus,populi honorabant Triumphatores, vt refert Alex. ab Alex.l 6.c.6. sed communis erat illa, quam Guliel de Coul. in disc. affert,

De nostris annis augeat tibi Iupiter, annos.

Vitam Triumphatori postulabant diuturnam,cũ propriæ vitæ suæ detrimẽto,quia in eo,illorũ spes erat collocata;etenim ipso moriente,etiã spes illorũ peribat, at in Christi Triumpho,non vitam longiorem ei desiderant(quia eius mors,mortis nostræ imperiũ destruere debebat,& animas nostras ab ęterna morte sua passione liberaturus erat)sed clamabãt;***Osãna filio Dauid; Benedictus, qui venit in nomine Domini, Osanna in altissimis.*** Quorum verborũ interprętatio diuersa est,sed vnaquæq; hãc nouam acclamationẽ,omnibus alijs præstantiorem esse,mani-

Oliua pacis Symbolum est.

Secunda conditio In maiestate Christi Triumphus alios superauit.

Ioseph de bello Iudaico.

Confirmatio.

Tertia cõditio In Acclamationibus Christi Triumphus alijs superior est.

Antiquorum acclamationes.

Acclamationes mysteriosæ in Christi Triumpho.

Osanna quid.

festat S. Iustinus mar. dicēs, quod hoc verbū; *Osanna*, idem est quòd; Excellens magnitudo, D. Hyllar. & D. Ambr. asserunt idem esse, quòd Redēptio domus; *Delens* (vt Apost. ad Col. 2. dixit) *Quod aduersū nos erat, Chyrographū decreti, quod erat cōtra* *ū nobis, & ipsum tulit de medio affigēs illud Cruci*. Secūdū

D. Hier interpretatio.

D. Hier. placitū; *Osanna*, idē est quod; Saluū fac, vel saluifica; iuxtà illud ps. 117. *Saluū me fac Domine, bene prosperare; Benedictus qui venit in nomine Domini*, & alij alio modo, qbus sanè expositionibus perspicuū est, hanc Triūphatoris Christi acclamationē, illas antiquorū omniū, valdè excedere. In curru de-

Quarta conditio In Curru Christi Triumphus alios superauit.

mū alios omnes, Christi Triūphus superauit. *Et adduxerunt Asinam, & pullum, & imposuerunt super eos vestimēta sua, & eum desuper sedere fecerūnt*. Difficilis probationis videtur hoc, quomodo vile iumentū pauperis piscatoris veste coopertum, Triumphalem currū Camilli superaret, qui vt Tit. Liu. 1. Dec.

Romanorum Currus varij.

l. 5. quatuor equis, niuei candoris, trahebatur, illum Iulij Cæsaris, quē quatuor Elephantes ducebāt, Iulio Capit. referente, alium M. Antonij, qui à quatuor Leonibus ductus erat, vt affirmat Plin. l. 8. c. 18. Christus verò, vili iumento, Romanorū Triumphum superauit; at facilè difficultas hæc tollitur, si cō-

Ratione finis Christi Triumphus alios superauit.

sideramus finem Romanorū qui triumphantes, almam vrbē ingrediebantur etenim, ij, vt maiorē honorē in suo Triumpho reciperent, animalia illa quærebant, quare, ab animalibus honorem petebant; at Christus ex se solus sufficiens erat, ac dignus omni honore, & gloria; ideò humilem Asinum in suo Triumpho habere voluit, ex quo sequitur verum esse, quod NOEMA, huic SYMBOLO appositum, dicit.

Noëma declaratur.

HINC GLORIA, idest ex hoc Christi Triumpho, omnis GLORIA ipsius, & nostra pendet; etenim quicquid in hoc Triumpho cernitur, Gloriam sapit; nam vestimenta sternuntur in via, & Triumphatoris iumento pro tapeto inseruiunt; Rami oliuarum, trophea gloriosa sunt,

Gloria Triumphi Christi.

duo iumenta, currum omni maiestate ornatum, innuunt. Acclamationes, salutem promittunt, ac demū ex hoc Christi Triumpho glorioso, omnis victoriæ nostræ spes pēdet, nā humani generis hoste deuicto, nobis æternam Gloriam promeruit, quare THEMA conueniens est.

Thema explicatur.

Nunquid prabebis EQVO fortitudinem? (intellige) nequaquam, cum in eo; *Abscondita sit fortitudo eius*; diuinitas enim latebat sub Christi humanitate, quā mediante, inimicum deuicit, nobisq; æternam gloriā parauit, quare nos pariter voces ad cęlum extollere debemus, clamantes; *Osanna filio Dauid; Benedictus qui venit in nomine Domini, Osanna in altissimis*, vt in Euangelio.

FER.

FERIA V. IN CÆNA DOMINI.

De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

Cum dilexisset suos, qui erant in Mundo, in finem dilexit eos. Ioan. XIII.

SYMBOLVM.

MAGNES, FERRVM attrahens.

NOEMA.

INEFFABILIS VNIO.

THEMA.

In FVNICVLIS Adam traham eos, in VINCVLIS charitatis, & declinaui ad eum, vt vesceretur. Ose. ij.



AGNES, lapidis genus est, ad se FERRVM attrahentis, quæ sic appellatur ab Inuentore, vt ex Nicandri sententia tradit Plin. l. 36. c. 16. qui cum pecudes pasceret, pedem fortè habens ferratum, & crepidas, ferreis clauis compactas, animaduertit, lapidem hunc, ferro adhærescere. Alij verò à Magnesia dictum volunt, Lydiæ regiuncula, in qua, lapidem hunc volunt esse inuentū, circa Heracliā vrbem, vnde, & Heracleon, illū appellarūt. Cuius lapidis virtus, D. Augustinus se tantæ virtutis Magnetem vidisse testatur, quod ex multis annulis cuiusdam catenæ, quos, iuxta positos, & solutos habebat, primum & immediatū propria vi traxit, & ille primus secundum, secundus verò tertium, & sic de alijs, donec simul omnes connecterentur inter se, & magna fieret illorum catena, quare Magnes primum immediatè traxit, cuius virtute, omnes alij fuerunt coniuncti. Nostri amoris, MAGNES excelsa, Deus est, ad quem homo (quod veluti ferrum est) propensionē habet naturalem. Primus huius catenæ annulus

Symbolum pronunciatur. Magnes quid.

Magnetis virtus.

Deus Magnes.

Christi humanitas primus annulus.

Christi humanitas fuit,& hæc ferrea dici potest,propter tormentorum perpessionem,cum eius dolorosa passio,absque proportione,quemlibet aliam in infinitũ excesserit, quia Christi suppositũ erat diuinum,& propter cõmunicationem Idiomatum(vt ait D. Anselmus) Quicquid passus est homo, passus est Deus ; Vndè meritò dicere potuit; *Torcular calcaui solus*; Et sicuti in tolerãtia passionis;omnẽ aliã superauit Christus,ità & in amore,quare;tanquam Magnes,quæ ferrum ad se trahit, sic ipse (qui prædestinatorum caput est) tanquam primus annulus huius catenæ,alios fideles electos ad se trahit,per totum terrarum orbem diffusos,qui in ipso Deo , & inter se ad inuicem per charitatem sunt copulati.

Christus quomodo Magnes dicatur.

Licet inquantum Deus,meritò Magnetis nomine (saltem quoad effectum) gaudere debebat. Occultam virtutem in ferro emittit Magnes,teste Plat.in Dial. 10. & D. August.lib. 21.de Ciuit. Dei c.4. quod contra suam naturam ferrum leue factũ,à terra eleuatur,& duro lapidi se coniungit,itaquod,contra propensionẽ suã, in alto suspensum cernitur , nec deorsum cadit.

Ex effectu Christus Magnes dicitur.

Christus igitur, vt Deus , Magnetis effectum habuit , ex quo tanta amoris virtus processit,quod,vt nos diuinæ suæ naturæ cõsortes efficeret,suam largitus est nobis Deitatem , & sicuti amans trãsformat se in rem amatam , adeò quod anima est magis , vbi amat, quàm vbi animat , sic propter nimiam charitatem qua dilexit nos ; *Cum dilexisset suos,qui erant in mundo,in finem dilexit eos* , dum Eucharistiæ Sacramentum (imminente passionis suæ tempore)instituere voluit, quò mediante Christi fideles cum Christo vero Deo , & vero homine vniuntur,cum istud Sacramentum signum sit , & mysterium vnitatis , & veræ amicitiæ , ita quod per hoc , fideles cum Christo vero capite,vnum fiunt,cuius ipsi dicuntur,& sunt vera membra,quare nisi per amorem,& per dilectionẽ, talis vnio fieri potest,& ob id, amoris,& charitatis Sacramentum appellatur.

Eucharistia Sacramentum vnio est.

Eucharistia amoris Sacramentum nuncupatur.

Cum igitur amor (vt diximus) vim habeat transformandi amantem in rem amatam,mirum non est, quòd sicuti res corporales (scilicet panis , & vinum , quæ sunt huius Sacramenti vera materia)tanta dignitate exaltantur,qua maior excogitari nequit, nec possunt plus ascendere,cum in Corpus Christi glorificatum transeant ; ita dicendum est , quòd per istud Sacramentum

fide-

fideles ad tantam dignitatem perueniunt, quòd maior ab intellectu creato excogitari, haud potest, cum deificentur, & in Christum verum Deum conuertantur; & sicut per verborum prolationem à Sacerdote Christi ministro factam, panis, & vini in verum Christi corpus plena fit conuersio, cum nihil de panis, & vini substantia ibi remaneat, ità per hoc Sacramentum à fideli dignè receptum plena fit in ipsummet Christum illius conuersio, sic quod nihil de propria voluntate, nec de proprio amore in homine remanet, sed quicquid est hominis (in quantum homo est) totum in Christum conuertitur, quare non inconueniens est NOEMA huic SYMBOLO applicatum, quod est.

Fideliũ dignitas per Eucharistiam.

Fidelis i Christum conuertitur per hoc Sacramentum.

INEFFABILIS VNIO; & verè INEFFABILIS, quia verbis nullatenus exprimi potest, quomodo Deus ille, qui toties ab homine fuit offensus, talem cum homine vnionem appetere dignatus sit. Homo inquam, qui quotidie; *Mala pro bonis*, vt Psal. 108. ait, & odium pro dilectione reddit, adhuc, cor eius erga hominem apponit, & cum eo vnionem talem quęrit. Nunquid Scrutator es cordis hominis, ò bone Deus? si ergo tanta abundat iniquitate, quod iugiter à te per peccatũ separatus stat; *Cur apponis erga eum cor tuum*? Boet. li. 3. Consf. metr. 12. huic quæsito responde this verbis: Quis dat legem amantibus? maior lex amor est sibi. Nullam aliam legem amor habet, præter ipsius amoris legem, quem sibi cognoscens superiorem, alienæ legi subijcere se minime potest, quare, cum Christus (vti Deus) sit ipsamet charitas infinita, nullam aliam amoris habet mensuram, quam fine mensura amare, eo modo, quo Apost. ad Ephes. 2. erit; *Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos Deus, filium suum misit in similitudinem carnis peccati*; Quare per hoc Sacramentum anima fidelis, in ipsummet Christum conuertitur. Quod ineffabile donum, nobis declaratur, per eandemmet panis, & vini in corpus Christi transmutationem, quæ fit in hoc Eucharistiæ Sacramento. Nam sicut substantia panis, & vini inuisibilis, & occulta, in corpus, & sanguinem Christi, mediante forma verborum à Sacerdote prolata, tamen panis, & vini forma exterius, visibiliter remanet, tanquam imago; Ita per hoc ineffabile Sacramentum anima fidelis inuisibilis, & occulta, quæ est

Noëma declaratur.

Dubium.

Supremum dilectionis argumentum.

Solutio.

Anima fidelis per hoc Sacr in Christum conuertitur.


Simile.

Applicatio.

tote substantia eius, in Christi animam, & in eius diuinitatem inuisibiliter, & occultè conuertitur, & tamen corpus visibile in sua forma, & natura exterius remanet, quare, sicut panis exterius, apparet panis, tamen interius est mutatus; ità fidelis, qui dignè hoc Eucharistiæ Sacramentum recipit, idem exterius apparet, qui tamen interius mutatus est, quare meritò INEFFABILIS VNIO hæc nuncupatur, sicuti ineffabilis est modus, quo vtitur, vt nos ad se attrahat, vt in THEMATE.

Thema declaratur. *Simaci trãslatio.* *In* FVNICVLIS *Adam traham eos, in* VINCVLIS *charitatis*; vel vt Simacus legit; In Funiculis hominum, & Chaldea litera habet; Traxi eos in fortitudine charitatis. Ac si dicere vellet Christus. Eo inquam modo, quo homo, hominem ad se attrahere studet, ita beneficiorum Funiculis, eos ad me traham. Infinita dona iam à Christo fuerant homini collata, & propè erat tempus, quod relinquere debebat mundum; per mortem, & ire ad æternum Patrem, quare promissi, iam facti recordatus.

Christi promissum quomodo adimpletum. *Non relinquam vos Orphanos, & ego ero vobiscum vsque ad consummationem sæculi*; Sapientia sua modum adinuenit, eundi, & standi. Iuit ad Patrem in die Ascensionis, corpore glorioso; sterit nobiscum in hoc Sacramento verè, & realiter, vt dignè illud recipientes, in ipsum conuertamur, quòd amoris eximij, erga nos sui, supremum fuit argumentum, & indissolubile charitatis vinculum, à quo nulla creata potentia ipsum separare potest. Nec mirum esse debet, nam cum venisset hora eius; *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit nos*. vt in Euangelio.



FER.

FERIA VI. IN PARASCEVE.

De CHRISTI victoria aduersus diabolum.

Et baiulans sibi Crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluarie locum. Joan. XIX.

SYMBOLVM.

ELEPHAS, arbori innixus, vt somnum capiat; DRACO eius inimicus, ibi in herba latitans, iacet, quare ipso dormiente, illius sanguinem sugit, qui cadens, maximo corporis sui pondere, illum elidit.

NOEMA.

VICTOREM, VINCO.

THEMA.

Et iuit sub pedes ELEPHANTIS, & supposuit se ei, & occidit eum, & cecidit in terram super ipsum, & mortuus est illic. Primo Macb. vj.



LEPHAS, animal omnium terrestrium maximum multum obediens, fele carens; & belluarum nulla prudentior, humanisquè sensibus proximus, qui homini obuio in solitudine, & simpliciter oberranrante, clemens placidusq; etiam demonstrare viam, referunt Naturales, cui DRACO inimicus, continuò insidiatur, ac tandem obseruata arbore, cui ELEPHAS, pro capiendo somno innititur, ad illius radices in herba (quæ ibi est) latitans, insidiosus DRACO, dum illum dormientem videt, sanguinem ab vno pede ei sugit, ita quod moriens cadit, & inimicū corporis sui maximo pondere elidit, quare ambo intereunt. Christum, mysticè ELEPHANTEM esse, ex ijs quæ diximus, satis constat, Ipse enim omnium hominum maximus exiuit, cū in temporis plenitudine car-

Symbolum pronunciatur. Elephantis natura.

Draco, Elephātis inimicus.

Victor vicitur.

Christus mysticus Elephas.

Christus verus Deus & verus homo.

carnem hanc nostram assumere dignatus est, quæ diuinæ naturæ in suppositi diuini vnitate erat coniuncta, quare verus Deus, & verus homo fuit, obediens extitit, nam; *Factus est obediens vsque ad mortem*; Ac omni fele peccati caruit; *Qui peccatum non fecit, neque dolus inuentus est in ore eius*. 1. Pet. 2. Prudentia summa itidem exornatus erat, cum à desponsata muliere voluerit concipi, vt partus eius (vt Ignatius Maryr testatur, D. Hieronymo in Mat. referente) celaretur Diabolo, dum eum putat, non de Virgine, sed de vxore generatum, quare incertus, ac dubius, an ipse esset verus Dei filius, eum tentauit in deserto: Humanis insuper sensibus, adeò proximus fuit, quod vere, & realiter; *Verbum caro factum, in similitudinem hominum factus, habitu inuentus, vt homo, nobiscumquè conuersatus est, vt homo*; Et ad hunc potissimum finem, vt clemens, ac placidus, homines, qui errauerunt in solitudine, immò; *Vt cæci errauerunt in plateis*; non solum viam, qua irent ad cęlum, eis doctrina, & exemplis demõstrauit, sed ipsemet via fuit, *Ego sum via* (de semetipso dixit) mysticus iste ELEPHAS, quare DRACONEM illũ, de quo Apoc. 12. legitͣ; *Et ecce DRACO magnus rufus habens capita septem, &c.* idest Diabolum, ab eo tẽpore, quò per superbiam suam de cœlo eiectus fuit, & in profundum Abyssi damnatus, semper ei aduersantẽ in homine, qui sua imagine, & similitudine decoratus erat, habuit. Quare cum Tyrannicam exerceret suam potestatem in hoc mundo, adeò quod; *Totus in maligno erat positus*; *Recordatus misericordiæ suæ*, pijssimus Deus; *filium suum misit in similitudinem carnis peccati*, vt *Princeps mundi huius eijceretur foras*; Quò sanè tempore, DRACO, toto virium suarum nexu, studuit mystico Elephanti Christo mortem inferre, qui graui peccatorum nostrorũ pondere laxatus, cum, vt quiesceret, Crucis ligno in Caluarie monte, opera ipsius Draconis erecto, adhęsisset, tunc latenter, inflicto vulnere in pede (hoc est in eius humanitate) quæ per miraculũ iam passibilis erat facta, & mortalis; Rubro facto ipsius corporis vestimẽto, p totius sanguinis effusionẽ, verberibus, ac vulneribus, tanquã si VICTVS esset, per corporis mortẽ, in sepulchro cæcidit, sed cadens, inimicũ Draconem interemit, & ad inferos descendens, Sanctos Patres in Limbo per tot sæcula commorantes, liberauit, ac tertia die resurrexit.

Christus errãtium via.

Draco Diabolus est.

Dei misericordia ineffabilis.

Diabolus quo modo mysticũ Elephantem Christum persequutus est.

Christi victoria.

rexit; quare meritò dicere potuit, vt NORMA huic SYMBOLO aptatum, habet.

VICTOREM, VINCO; Quam sanè victoriam mysticus Elephas, mediante humanitate, in Crucis ligno suspensa, consequutus est, iam per psal. 10. per tot sæcula pronũtiata, illis verbis; *In Idumeam extendam calceamentum meum;* calceamentum inquã illud, de quo ipsemet Deus, post primorũ parentum lapsum, Diabolum alloquens, & eius ruinam prædicens, dixit; *Et tu calcaneo illius insidiaberis*, hoc est. Cum totũ ferè terrarum orbem, tuę ditioni subieceris, tunc tempus aderit, quod calceamentum meum, vsquè ad Idumeam extendam; Tu inquàm, vt pessimus Draco, calceamento meo, idest meę humanitati, venenoso morsu, vulnus infliges, ex quo mors mea sequetur, at eodémet tempore, *In Idumeam*, idest in Gentilitatẽ per fidẽ, *Calceamentum meum extendã;* ita quod proprijs pedibus, quasi mihi subiectã, eã perambulabo. Quod autem calcamentum hoc, Christi humanitatem significet, ex hoc constat, quod sicut calceamentum, ex mortuorum animalium pellibus confectũ, pedem occultat, sic caro illa mortalis, quã assumpserat, latentem diuinitatem continebat, in hanc carnem; igitur dum ELEPHAS Christus, ligno Crucis innixus erat, virus suum euomuit, DRACO, & cum se inimicum interemisse existimaret, tunc ipsemet occubuit, quare assumptum THEMA, veritatem hanc manifestam reddit, quod est.

Norma declaratur.

Psal. 10.

Quid per calceamentum ret intelligendum.

Christi humanitas calceamentum dicitur.

Et iuit sub pedes ELEPHANTIS, & supposuit se ei, & occidit eum, & cecidit in terram super ipsum, & mortuus est illic. Quare illud Ps. 7. adimpletur; *Lacum aperuit;* idest malitię, & iniquitatis LACUM inquã APERUIT pęssimus iste DRACO, cũ Dei æqualitatem in cœlo appetijt, nam (diuina sic exigente iustitia) Inferni locus, qui ab Ecclesia LACUS profundus, & à psal. 36. Miseriæ Lacus appellatur, illis verbis; *Eduxisti me de Lacu miseriæ, & de luto fecis apertus est;* ac in eo, ipse vnà cũ Angelis Apostaticis, damnatus est. Tunc LACUM *effodit*, cum sua suggestione hominẽ ad peccandum induxit; sed tunc temporis; *Incidit in foueam, quam fecit;* Quãdo Christo mortẽ, eius mẽbris mediãtibus, vt D. Greg. fatetur, idest Iudeis, intulit; FOVEAM hanc, post comminationem à Deo sibimet factam construere cœpit, quare timens, ne

Thema explicatur.

Infernus Lacus dicitur.

Thema quãdo verificatũ sit.

DOMINICA RESVRRECTIONIS.

De Christi victoris lætitia, per Crucē habita.

Iesum Crucifixum, quem quæritis, non est hic.
Marc. XVI.

SYMBOLVM.


VEXILLVM album, CRVCE rubea signatum.

NOEMA.

HINC SALVS.

THEMA.

Dicite in Nationibus, quia Dominus regnauit à LIGNO.
Ecclesia.



EXILLVM, signum militare est, quo omnes ferè mundi Nationes in bello vsi sunt, vt hoc mediante, vnus exercitus ab alio cognosceretur. Caldei, qui primò alijs nationibus dominari cœperunt, Ignis flammam, in eorũ vexillo depictam habebant; Ignem pro Deo adorantes, qua de causa, ignem in vexillo posuerunt. Persi populi, Arcum cũ sagittis, in vexillo deferebãt, qui nemir ẽ in sagittarũ iaculatione, habebant superiorem. Affirij ex vna parte vexilli, columbam, ex altera verò, gladium cruentatum pingebant, quia Semiramidem, Regis Nini vxorem, in columbã conuersam esse existimabant, & gladio, sanguine perfuso, innuebant; si aliquis à fide defecisset, gladio inquàm, necatus esset, cui illud Ierem. 25. alludit; *Fugite à facie gladij columbæ.* Ægyptij, qui Serapidem pro Deo in forma Tauri colebant; Taurum in eorum vexillo depictum deferebant. Machabei (Sixto Senen. referente) scriptũ furtiuum ex quatuor litteris congestũ M.C.B.I.

Symbolum pronuntiatur. Vexillorum varia genera. Caldei, ignem. Persi, arcum, cum sagittis. Affirij, Columbam, cum gladio. Ierem. 25. Aegyptij, Taurum. Machabei quatuor litteras.

in suo vexillo sculptum habebant; Romani tandem in vexillo Aquilam quatuor litteris S. P. Q. R. exornatam habebant, cum de Sabinis populis victoriam consequuti sunt. Quare meritò Christianorum natio, quorũ vita, continua militia est super terram, & ipsa pariter vexillum habere debebat, quo, ab alijs nationibus differẽs esset. Hoc, à Christo strenuissimo Duce, qui est *Dominus exercituum, fortis, & potens in prælio*, in Caluariè mõte fuit erectum, iuxtà Isaiæ vaticinium c. 11. *Et leuabit signum in nationibus, & congregauit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terræ*; Etenim de Christo Messia, eius sermo erat, prout Sponsa ipsa, de pulchritudine sui Sponsi loquens, dixit; *Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus*, & hebraica lectio habet; Vexillifer ex millibus. Hoc igitur VEXILLO ab eo erecto, tanquã à fonte perẽni, omnes gratiarũ riuuli effluxere, quare meritò NOEMA huic SYMBOLO aptatum, dicit.

Christiana Religio Crucem.

Isai. 11.

Sponsi Christi pulchritudo.

Lectio Hebrea.

HINC SALVS, Scilicet totius Mundi sequuta est; nam in Crucis ligno, pretioso Christi sanguine mediãte, solutũ est illud debitũ à primo homine, cũ Dei iustitia contractum, quã solutionem de rigore iustitiæ, nullus purus homo præstare poterat; ipso mediante, reconciliati sumus Patri; cęli ianuam, per tot sæcula clausam, aperuit, potestatem à Diabolo abstulit, limbũ patefecit, Infernum clausit, Angelorum ruinas reparauit, ac demum salutares medicinas, ad quaslibet infirmitates hominis sanandas instituit, quare, hoc Crucis VEXILLO erecto, & in ecclesia hac militanti, tanquã signum nostræ salutis posito, omnis nostra SALVS exorta est, vndè ad demonstrandam vniuersalem lætitiam, qua cuncti fideles habere debent, THEMATIS verba, hodierno die sunt ad memoriam reuocanda, videlicet.

Noëma declaratur.

Solus Christus de rigore iustitiæ satisfecit.

Dicite in nationibus, quia Dominus regnauit à LIGNO. Tribus potissimum Nationibus, hoc lætum nuntium debuit dari; Angelis, hominibus iustis, ac peccatoribus. Angelis inquam, nam hac de causa (D. Gregorio teste in hom.) Angelus mulieribus in veste candida apparuit, quæ ad Christi sepulcrum, vt illud Sacratissimum Corpus vngerent, accesserant; Quia nos reuocando ad cœlestia, eorum numerum complet (dixit ille.) Etenim Christi Resurrectione; Prædestinatis via aperitur, qua ad cœlum

Thema declaratur

Resurrectionis gaudium Tribus nationibus datur.

Angelorum Nationi

cœlum iter habere possunt, ad Angelorum ruinas reparandas. Non n. cęlestes illi spiritus, hominibus inuident de collatis nobis à Deo beneficijs, immò lætantur, quare, vestibus albis assumptis, beneficiũ Redẽptionis humanæ à Christo, ipsi mundo præstitũ, veluti ac si ipsimet accepissent, lætati sunt, quare hoc felix nuntium vsquè ad Thronum Cherubinorum, & Seraphinorum peruenire equum est; *Quia Dominus regnauit à LIGNO*. Iustorũ nationi pariter, lætitia hæc debuit dari, quibus Angelus Mat. 22. ait; *Præcedet vos in Galileam, ibi eum videbitis*. *In Galileam* vtiquè, nec alibi, Christus videbitur, quia Galilea, Transmigratio facta, interprætatur, & peccatoris statum miserum, per pęnitentiam commutatum, indicat, qua mediante, iustus efficitur, & hoc à Crucis ligno prouenit, quare, & his dicendum est, quòd *Dominus regnauit à Ligno*; sed præcipuè peccatoribus, lætum hoc nuncium conuenit; Hæc inquàm peccatorum Natio, licet à Deo magis sit remota, tamen, & his debet dari, nam Christus, non tantum pro iustis, sed etiam pro peccatoribus Resurrexit, & ob id, non vacat mysterio id, quod ab Angelo mulieribus dictum fuit; *Dicite Discipulis, & Petro, quia Christus resurrexit*: Sed cur Petro ex nomine? (ait D. Gregorius) cui quæsito D. Hieronymus respõndet, dicens; Specialiter, & Petro, quia se indignum iudicabat discipularu, cum ter negauit Magistrum. Vt ex hoc, quilibet peccator pœnitens sciat, quicquid propter peccatum perdiderat, pœnitentia mediante, ei totum restituitur, hominemquè in pristinum statum remittit. Sed oritur dubium, quòd à proposito nostro alienum non est. Cur Christus in Horto, antequã pateretur, oraturus patrem, vnà cum tribus discipulis, inter quos Petrus aderat, ipsis dormientibus, solum Petrum reprehendit, nec Petri nomine eum vocat, sed Simonis, dicẽs; *Simon dormis?* Christus, Simonem eũ appellat, Angelus verò Petrum. Christus inquam, proprio nomine eũ vocat, Angelus autẽ dignitatis nomine. Sed quòd magis difficultatẽ hãc auget, est, quod cũ Christus in horto Petrum vocauit Simonem, nondum illum negauerat, at cum Angelus dignitatis nomine eum appellauit, iam non semel, aut bis, sed ter, illum negauerat, Hoc stante; qua igitur de causa Christus, antequam Petrus peccaret, illum vili nomine, & post

Angelorum ruina reparãtia.

Iustorum Nationi.

Peccatorum Nationi.

Cur Petri ex pressa mentio fit.

Pœnitentis cõfidentia.

Cur Petrus in Horto proprio nomine nõ vocatur.

Responsio ad dubium propositum.

peccatum, dignitatis nomine vocauit? Hæc est ratio, quia Petri nomen illi à Deo datum est, tanquam eius Vicario, & militantis Ecclesiæ Pastori, *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*; Modo; passionis tempore imminente, cum Iudas illum Iudeis tradere sollicitus esset; Scribæ, & Pharisei, satellites congregabant, vt eum apprehenderent; Iudices expectabant, vt eum ad mortem damnarent; in tot, ac tantis angustijs, Petrus autem dormiebat, ob id Christus, eum Pastoris nomine vocare noluit, sed proprio suo nomine, quòd erat Simon, dicēs; *Simon dormis?* Sed post Christi Resurrectionem, cum iam perpetrati delicti pęnituisset, ac valdè doleret, hinc est quod, per Angelum vult, quod dignitatis nomine sit vocatus; *Dicite Discipulis, & Petro*; quia iam firmus, stabilis, ac fortis effectus erat. D. Gregorius hanc aliam addit rationem dicens; Si Angelus nominatim non exprimeret, qui magistrum negauit, venire inter discipulos non auderet, vocat ergo ex nomine, ne disperet ex negatione. Ex quibus colligitur, quantum Pœnitentia in peccatorum Natione valeat, & quòd in Christi resurrectione, peccatores sunt honore digni, nam quando sacra scriptura aliquem proprio nomine vocat, tunc eū summū afficit honore. Hoc idem de Magdalena dicitur, quæ cum esset peccatrix; *Mulier*, dicta est. *Ecce Mulier in Ciuitate peccatrix*; at iustificata, proprio vocatur nomine, *Apparuit primò Mariæ Magdalenæ*, cuius quidem rei causa hæc est, quia; *Septem Dæmonia exierant*; Idem de Petro dicendū est, nam D. Hieronymo teste, Peccata præterita non nocent, quando nō placent, ideo; *Dicite Discipulis, & Petro;* Sed quid eis dicendum est? *Quia Dominus regnouit à Ligno;* Tunc Regis gloriæ nomen sibi adeptus est, quare subtus terram ad Sanctos Patres, in Lymbo cōmorantes, cum profectus esset, dicentibus Angelis; *Attollite portas Principes vestras, & eleuamini portæ aeternales, & introibit Rex gloriæ?* Eis responsum est; *Quis est iste Rex gloriæ?* Tunc audito ab eis, quòd erat, *Dominus virtutum, ipse est Rex gloriæ*; Patefactæ sunt illi portæ illæ; *Et captiuam duxit captiuitatem;* secum in cœlum in die Ascensionis, quare; *Hæc dies quam fecit Dominus exultemur, & lætemur in ea.*

Petrus dignitatis nomē est. Altera ratio D. Gregorij.

Vocari proprio nomine in SS. ad dignitatem spectat.

D. Hierony.

Christus quando Regis Gloria nomen est adeptus.

Christus Rex virtutum.

FER.

FERIA II. RESVRRECTIONIS.

De Spe in Deo habenda.

Nos autem sperabamus, quia ipse esset redemptu-rus Israel. Luc. XXIV.

SYMBOLVM.

ANCHORA, qua NAVES retinentur.

NOEMA.

HAC DVCE, LÆTVS.

THEMA.

Fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam SPEM, quam; sicut ANCHORAM habemus animæ tutam, ac firmam. Hebr. vi.



NCHORA, ferreum est instrumentum, quo Naues retinentur, etenim Nautæ, tempestate iactati, quando feliciter nauigandi nulla Spes eis superest, ad Anchoram confugiũt, qua eiecta, nauem eodem in loco retinent, donec felicius nauigandi se offerat occasio, quare prouerbialiter sacram Anchoram, pro extremo perfugio dicimus. Nauis hæc, quæ hoc mundi Mare magnum, & spatiosum transit, quemlibet fidelem designare potest, qui hinc inde tribulationũ fluctibus quassatus, hisce mediãtibus, æternam gloriam consequi potest (prout Christus duobus discipulis hodierno die dixit; *Nonne oportuit hæc pati Christum, & ita intrare in gloriam suam*) quòd cum inferendo opem, moram facere nobis videtur, tunc temporis; Spei Anchora vti, nec vllo modo diffidere debere; Abacuch nos admonet; dicens; *Si moram fecerit expecta eum, quoniam veniens, veniet, & non tardabit*; nam vt plurimum postulata concedere, vel auxilium suum di-

Symbolum pronunciatur.

Anchora refugium innuit.

Nauis fidelis est.

Anchora Spes est.

Abacuch nos Spem habere hortatur.

differre videtur Deus, quia tempus magis opportunũ expectat, quare non aliundè quærendum est à nobis auxilium, quam à solo Deo, qui solus potens est, & ad ferendum opem paratissimus, Sic Regius Psaltes, qui multoties experimento id didicerat, at potissimum, cũ in deserto Engadi in quadam spelunca latitaret, à Saul eius inimico persecutus fuit, vt S. historia 1. Reg. 24. refert. Qui ipsammet speluncã ingressus erat; tunc cum ad Deum omni cordis humilitate confugisset, exauditus est, nam Araneæ, quibus abundabat spelunca illa, in ictu oculi (ita iubente Deo) ex proprijs visceribus telam confecerunt, quæ Dauid latitantem occultauerunt, & hoc modo, Saulis insidias effugit, Ex quo facto, Dauid magnam Spem concepit, & didicit in quocumquè periculo, SPEI ANCHORAM eijcere, & in Dei protectione semper confidere, ideò in psal. dixit. ***Et sperent in te, qui nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquisti quærentes te Domine.*** Quare notanda sunt illa verba; ***Qui nouerunt nomen tuum***; idest ij, qui tui notitiam habent; nam in tribulatione aliqua constituti ad te confugientes salui facti sunt, prout Regius Psaltes, in persona ipsius Dei ps. 88. dixit; ***Quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita***, vel, vt littera Hæbrea habet; Non faciam irritum fœdus meum, nam; ***Cælum, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt***, Luc. 21. Ipse enim cuilibet fideli, eius mandata custodienti, inenarrabilia bona pollicitus est, ac potissimum suam gratiam; modo peccata præterita detestetur, & confiteatur, qua de causa; conscientiam, nobis nostrarum culparum accusatricem dedit, quæ vt D. Greg. hom. 46. super Ezech. ait; In omne quod dicimus, semper tacitè debemus occurrere ad mentem, & interiorem testem; & Iudicem requirere. Conscientia enim mille testes, quare, vt à peccati somno excitemur, & ad Deum pro delictorum nostrorũ venia confugiamus, iugiter clamat; Immò, & in ipso peccandi actu, mentem nostram pungit, vt peccato detestato, Spem habeamus, nos delictorũ nostrorũ veniam, à Dei benignitate consequi debere, quod viuis coloribus, Psal. 31. delineauit, illis verbis. ***Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina***, vel (vt alia littera habet) dum confringitur spina. Nam ex spina, quæ in conscientia confrigitur, duæ nascuntur rosæ, quibus peccati fœtor

A Deo solo auxilium petendum.

Dauidis exemplum non vulgare.

1. Reg. 24

Psal. 9.

Psalmi verba obseruatione digna.

Psal 88.

Littera Hebr.

D Greg.

Conscientia delictorum accusatrix.

Psal 31.

Alia littera.

Ex spina conscietia duæ Rosa nascuntur.

tor non sentitur, immò prorsus tollitur. Retrahit se quodlibet animal à primis suis gressibus, statim atquè se pungi sentit, & ad aliam viam diuertit. Ita quilibet fidelis, qui per peccati viam graditur, punctione conscientiæ audita, nisi brutis ipsis insipientior sit, peccati via dimissa, suam salutem quærere deberet, quod ipsiusmet Dei pietati adscribendum est, qui animæ remedium, hoc est spinam in sua conscientia reliquit, vt ex illa punctione, anima ad Deum, per pœnitentiã redeat, in quo; SPEI ANCORA nostra reposita esse debet. Ex conscientiæ enim spina, duo in anima nascuntur; quoniam cum pœna, quam ex peccato, fidelis adeptus est, consideratur, timor inde nascitur, & cum ipsa anima Christi clementiam meditatur, SPEI ANCHORA iacitur. Et ex his duobus sæpè, animæ salus, procuratur. Quod in Iosue 2. figuratum est, quando de Sichen duos exploratores in Hierico ad domum Raab meretricis misit, quos, cum illa vidisset, recordata est mirabilium, quæ Deus in mari fecerat, cum Pharaonem vnà cum suo exercitu, proiecit in mare, populumquè Israel liberauit; tũc illos exorata est exploratores pro salute sua, & totius domus eius, qui constãter vitã illi promiserunt, dederuntq; sibi in signum, funiculum croceum, quem ad domus suæ fenestram appenderet, vt tali signo, domus sua salua esset, quod etiam obtinuit, nam, cum ad ciuitatem illam accessisset Iosue, omnes gladio necati fuere, Muliere hac, & eius domo excepta. Iosuè, qui Salus interpræiatur, Christum significat, qui est Salus, Vita, & Resurrectio nostra; Sichen Spina interpræiatur, & bonæ conscientiæ stimulum denotat, de qua Christus, duos educit exploratores; scilicet gehennæ timorem, & spem misericordiæ; Hos ad domum meretricis, idest ad peccatricem animam, quæ fornicata est cum amatoribus multis, idest Diabolo, Mundo, ac Carne, mittit, hæc autẽ ad illorũ ingressum, inferni pęnæ timore, perterritur. Sed tunc cogitat, quid Christus in sanguinis effusione fecerit: quando Pharaonem, Diabolum in mari rubro passionis suæ occidit, & populum suum, idest Sanctos Patres, qui in Ægypto erant, in caligine tenebrarum liberauit; Anima igitur, de Spe veniæ præsumens, hos duos actus, timorem scilicet, & SPEI ANCHORAM ad Christum, pro impetranda venia, mittit, quare

Exemplum.

Applicatio.

Timor, & Spes quomodo nascuntur.

Figura. Iosuè 2.

Applicatio.

Animæ pœnitentis duo actus

timor,

timor,& Spes in ipsamet anima croceum funiculum,scilicet passionis Christi memoriam insigunt, quo in cordis fenestra appenso, hoc modo salutem consequitur, quare Christo veniente ad dissipandum gentes Hietico, idest peccata, anima cum virtutum suarum familia saluatur, & ita terræ promissionis, hoc est cœlestis patriæ habitatrix efficitur cum filijs Israel,idest cum Angelis, & Sanctis quare conueniens est NOEMA, huic SYMBOLO appositum, quod est.

Noëma declaratur.


HAC DVCE LÆTVS, Intellige; Maris huius mundi tribulationum procellas,tutus euado, nam; *Beatus, cuius Dei Iacob Spes eius. Deus Iacob* inquam, quia confidentiæ symbolum fuit Iacob, qui de domo propria pauper,& solus,ac omni humano fauore destitutus, hæc verba protulit. *Si fuerit Deus mecum in via hac, per quam ambulo, erit mihi Dominus in Deum.* HAC igitur DVCE LÆTVS in domum patris sui, diuitijs affluens, prosperè reuersus est, quare meritò Apostolus nos hortatur,vt in THEMATE, ad tenendam propositam SPEM, sicut.

Deus Iacob cur dicitur.

Thema explicatur.

ANCHORAM animæ tutam,ac firmam, quia in medijs tempestatibus, quando fremunt venti, feruet mare, & eius vndæ vsque ad cœlum extolluntur, mediante AMCORA, Nauis firma, & incolumis seruatur,sic cum animus noster fluctuat, cum tentationibus quatitur, cum laboribus concutitur, & tribulationibus obruitur, ad SPEI ANCHORAM confugientes, & cœlestes promissiones præ oculis habentes, in virtute constantes, perseueramus, nec cum discipulis in Emaus euntibus,dicamus; *Nos autem sperabamus*, vt in Euangelio.

In omnibus ad Spei Anchorã confugiendum



FER.

FERIA II. RESVRRECTIONIS.

De Victoria, quam Christus contra inimicos nostros reportauit.

Stetit Iesus in medio Discipulorum suorum, & dixit eis; PAX vobis. Luc. XXIV.

SYMBOLVM.

RHINOCEROS, qui cum LEONE pugnat, & vincitur.

NOEMA.

QVIS RESISTET?

THEMA.

Ecce vicit LEO de Tribu Iuda, radix Dauid. Apocal. V.



HINOCEROS, animal quadrupes est, habens in nare vnum cornu, quod ad saxa limat, præparans se pugnæ, & sagacitatis Symbolum esse dicitur. LEO verò, animal ferax est, & omnium animalium generosissimum, cuius generositas, in periculis maximè deprahenditur, & vt Plin. l. 8. c. 16. scribit; Illa nobilior animi significatio; quamlibet magna canum, & venantium vrgente vi, contemptim restitansq; cedit in campis; Dum sequitur, insilit saltu, quo in fuga, non vtitur. Vulneratus, obseruatione mira, percussorem nouit, & in quamlibet multitudine appetit. Magnanimitas maximè ei conuenit, vndè dictum est. *Symbolum pronunciatur. Rhinoceros quid. Plin. Leonis magnanimitas.*

Corpora magnimo satis est prostrasse LEONI.

Et, vt D. Isydorus dicit, per tres dies dormit, nec vnquàm excitatur, sed oculis apertis dormit, vt ipsemet fatetur, & oculis clausis vigilat vnde Alciat. Embl. 15. ait. *Alciat.*

Est LEO, sed custos oculis, nam dormit apertis;
Templorum id circo ponitur ante fores.

Inter Rhinocerontem & Leonem inimicitia.

Inter RHINOCERONTEM, & LEONEM maximam esse inimicitiam Abul.q.5.in 33.Deut. affirmat, quare dimicare volentes, dum viribus artem addit LEO, inimici impetum fugit, & post arborem latitat, quæ pro clypeo ei inseruit, quare Rhinoceros nimis audax, dum suo cornu (transuerberato ligno) inimici vterū vulnerare existimat, proprijs armis, in ligno clauatus remanet, & à Leone occiditur. Rhinocerontem hunc Diabolū esse, Iob.c.39. affirmat illis verbis; *Nunquid volet Rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum?* & D.Greg.l.31.Mor.c.1.de Diabolo illud dictum exponit. LEO generosus est Christus, de quo Apoc. 5. *Vicit LEO de tribu Iuda*, Quando Bos ille siluestris, mysticum Leonem, Crucis ligno affixum vidit, tunc iniquitatis suæ cornu, eum interficere credidit, sicut illo mediante, alios innumerabiles iam interfecerat, sed deceptus est, nam in illo ligno, fracto potentiæ suæ cornu, prout Abac.3.prædixerat. *Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius.* Hanc inquam fortitudinem perdidit Diabolus, propter Crucis lignum; per subtractionem potestatis (nam *Princeps mundi huius eijcietur foras*) & per additionē virtutis, cum ex illo ligno, Sacramētorum omnium efficacia emanasset, vt; *Qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur.* LEO igitur cùm de inimico suo victoriam reportasset, hodie in signum victoriæ habitæ; *Stetit in medio Discipulorum suorum, & dixit; Pax vobis.* Non enim Pax sequitur, nisi post dimicationem. Antiquitus consuetudo erat, quod duo dimicātes, si ambo in terram cadebant, qui primus se erigebat, victoris nomine gauderet, cum igitur in die Parasceue, Christus, & Diabolus dimicarent, ambo percussi, & vulnerati ceciderunt, Christus tamē primus fuit à terra surgere, ideò post eius Resurrectionem; *Stetit*, qui etsi vulnerum signa, in manibus, & pedibus, immò & in pectore relicta erant, tamen Ven. Bedæ testimonio; Non ex impotentia seruauit cicatrices, sed vt in perpetuum ostenderet gloriæ suæ triumphum, cum non solum Dæmonem, sed eius sequaces omninò profligasset quare; Quinque illæ cicatrices, gloriæ suæ triumphum, aduersus quinque humani generis hostes, manifestant. Ac primo, Mortem pede sinistro, deuicit; nam; *Ante faciem eius ibit Mors*, Abac.3.vt per tot sæcula propheta-

Diabolus Rhinoceros dicitur Iob. 39.

Leo Christus nuncupatur.

Diabolus duobus modis superatus.

Christus victor Pacem annunciat.

Antiquorum consuetudo inter pugnantes.

Beda causam assignat cur Christus cicatrices seruauit

Christus pede sinistro mortē Abac.3.

tum

tum erat, qui dicendi modus mysterio non vacat; *Ante faciem* inquit, non post faciem, nam ante solum Christum, Mors iuit, at in cæteris hominibus, post eos ibat. Quando inimicus antecedit, is qui sequitur (pro libito) manus in eum inijcere potest, & eum occidere, sed qui inimicum post terga habet, illum timere debet, ne quoties voluerit, eum perdat; Ante Christum solum, Mors ire coacta est, quia Christus nullo modo, Mortis imperio subditus erat, at cæteri homines, mortem post terga habere dicuntur, qui cum in peccatis nati sint (Virgine Deipara excepta) quæ vt piè credimus sine originali peccato concepta est) Mors post eos vadit, quia super illos suum habet imperium. Cicatrice ergo in sinistro pede relicta, gloriæ suæ triumphum aduersus mortem manifestat, nam; *Mors, & Vita duello conflixere mirando; Dux vitæ mortuus, viuus regnat*; de quo conflictu, multa in nostro opere nuper typis excusso, diximus. Infernum, pede dextero conculcauit; vt Ecclesia canit; *Pede conculcans tartara*; dum Sanctos Patres in illo obscuro carcere vinctos, per tot sæcula ibi commorantes, liberauit; vnde dixit: *Et morsus tuus ero Inferne*; quod in die Ascensionis adimpletū est; *Qui ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem*. Mundum, sinistra manu vicit, qui totus in maligno erat positus, quare mundum ingressus, melius quàm Apost. dicere potuit; *Mundus mihi crucifixus, & ego mundo*, immò vt mundus sciret se nolle cum eo aliquam partem habere, dixit; *Regnum meum non est de hoc mundo*. Peccatum, manu dextera deleuit, vt Apost. ad Colos. 2. dixit: *Delens quod aduersus nos erat chyrographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio affigens illud Cruci*; Etenim peccatorū nostrorum maculas in proprio sanguine lauit. Dæmonem tandem, vulnere in latere accepto, profligauit; Hac potissimum de causa, cum Christus LEO, in hunc mundum venisset, redempturus genus humanum de manu huius RHINOCERONTIS sæuissimi, primò considerauit interitum principis tenebrarum, vt iuxtà Abac. 3. dictum, caput nequitiæ, per cornu significatum, confringeretur. *Percussisti caput de domo Impy*, Dum LEO Christus post Crucis lignum latitans RHINOCEROS Diabolus in illo clauatus remansit, ac victus, quare illo prostrato, omnes salui facti

Exemplum.

Mors antè Christum quid significat.

Christus pede dextero Infernū cōculcauit.

Christus sinistra manu mūdum vicit.

Christus manū dextera peccatū deleuit.

Christus vulnere lateris Dæmonem profligauit.

sumus, & de manu inferi liberati, immò ad cœlum ducti, quòd factum est, quando lancea aperuit latus eius; etenim, aperto dire lanceæ aculeo, eius latere, tunc cœli ostium apertum est, & aditus patens, factus est, vt illuc accedentes fideles, præsidium inueniant salutare, vndè ipsemet dixit; *Ego sum ostium, per me si quis introierit pascua inueniet*. Aperto igitur lateri Christi ostio, sanguis exiuit in pretium, & aqua in lauacrum, vt loti, & liberati à peccato, per mundum ostium, ad iustorum gloriã intraremus. Vndè D. Aug. in Ioan. ait, Vigilanti verbo Euangelista vsus est, vt non diceret latus eius percussit, aut vulnerauit, aut quid aliud; sed aperuit, vt illic, quodammodo ostium panderetur vitæ, vnde Sacramẽta Ecclesiæ manarent, sine quibus ad vitam (quæ verè vita est) non intratur. Ille sanguis effusus est in remissionem peccatorũ; aqua illa salutaris temperat poculum hoc, & lauacrum præstat, & potum. O mors, inquit, vndè mortui reuiuiscunt; quid illo sanguine mundius? quid illo vulnere salubrius? His igitur inimicis nostris à Christo LEONE expugnatis, & pręcipuè RHINOCEROS, idest Diabolus, quantum conueniat NOEMA huic SYMBOLO aptatum, apparet, quod est.

Cœli ostium quando fuit apertum.

D. Augustinus quid de Christi latere aperto dixit.


QVIS RESISTET? Intellige LEONI huic, de Tribu Iuda, radix Dauid. RHINOCEROS forsan, qui ei seruire noluit? immò ipsemet ab eo superatus. *Qui cum descendisset ad nos*, vt Apoc. 1 legitur, *Habens iram magnam*, Sciens quoniam modicum tempus habet. Qui inquam, laxatis habenis contra hominem (cũ aduersus Deum nequeat) sæuire intendebat, cuius indignatio tanta erat, quod totum vitæ tempus à mundi exordio, modicum ei videbatur ad sæuitiam suam exercendam; fortissimus LEO, de quo vt in THEMATE dictum est.

Noema declaratur.

Apoc. 1.

Ecce vicit LEO de Tribu Iuda; Frenum in maxillis eius posuit, adeò quod, non vincit, nisi volentem. Cum igitur Christus de tantis inimicis victoriam habuerit, meritò dicere potuit, vt in Euangelio. *Pax vobis.*

Thema declaratur.



IN

IN DIE ANNVNCIATIONIS DEIPARÆ VIRGINIS.

De eius VIRGINITATE, & MATERNITATE.

Ecce VIRGO concipiet, & pariet filium.
Luc. 1.

SYMBOLVM.

DVÆ COLVMNÆ, *ab Hercule erectæ.*

NOEMA.

NON PLVS VLTRA.

THEMA.

CRVRA illius COLVMNÆ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas. Cant. V.



OLVMNAS Herculis in Occidente esse, quamplures fatentur, in Gaditana Insula positæ, ex ære octo cubitorum longæ, ad quas, ij, qui nauigationē absoluissent, tanquam Herculi sacra facientes, proficisci solebant, qui semper de inimicis suis victoriam referens, immortale sibi decus peperit, & inter Deos annumeratus est. Quam ob causam indigenæ, Columnas illius Dei vocāt, creduntq; perfossas (sic referente Plin. l. 3. in Proh.) exclusa antea admisisse maria, & rerum naturæ mutasse faciem, quare Noëma ab ipso positum fuit; NON PLVS VLTRA. In Occidente, hoc est in fine legis scriptæ, cū rerum naturæ faciem mutauere, vnde Ecclesia canit; *Mirabile mysterium declaratur hodie; innouantur naturę Deus homo factus est; id quod fuit permansit, & quod non erat assumpsit, non commixtionem passus, nec diuisionem;* Tunc inquā ab inuictissimo Hercule Deo, non in Gaditana Insula, sed in MARIA, quæ, *Erat desponsata Ioseph.* DVÆ COLVMNÆ ere-

Symbolum pronunciatur.

Plin. mira de Hercule refert.

Applicatio.

Deus tanquā alter Hercules in Maria potētiam manifestauit.

erectæ sunt, miræ altitudinis, quarum summitates mentis creatæ oculi nullatenus intueri possunt, cùm in eis erigendis omnipotés Deus potentiam suam manifestare voluerit. Tria enim sunt, de mente D. Thomæ p.p.q.25.a.6.ad 4.quę tāta dignitate, & sublimitate præstant, quod meliora esse nequeunt; Christi purissima humanitas (quæ diuinitati coniuncta erat in diuini suppositi vnitate) Nostra Beatitudo, quæ est sūmi boni fruitio, & Mariæ creatio, in quā DVÆ COLVMNÆ ab ipsamet Dei potētia erectæ sunt, VIRGINITAS videlicet, & MATERNITAS simul coniunctæ, cū Virgo, & Mater, Mater, & Virgo fuerit, vnde Ecclesia canit; *Post partum virgo inuiolata permansisti Dei genitrix*; quare hisce duabus Columnis in Deiparę Virg. erectis, Noema aptiss. est, videl.

Tria Deus nō potuit facere meliora.

Duæ Columnæ sunt, Virginitas, & Maternitas.

NON PLVS VLTRA. Non enim huius Mundi creatio, statera ęqualis est ad Dei infinitā potentiā librandā; tùm quia alios innumerabiles eadē, et facilitate creare potuisset, qua hunc creauit, nā; vt Regius Psalt. ait; *Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt*; tum etiā quia mundus finitus est, ac limitatus, ac per consequens ab eius omnipotentia valdè inęqualis, cui nec aliquid addit, nec minuitur, & est (vt Isa.40. refert) *Quasi momentum statere*; immò vt hebrea lectio habet; Quasi tenuissimus puluis, qui adhæret stateræ. Poterat omnipotens Deus cuncta alia ab ipso creata, meliora facere; terram, aquam, aërem, ignem, cœlos, homines, immò, & ipsos Angelos, & ī omnibus, Noema; PLVS VLTRA aptari poterat, præterquā in illis tribus paulo superius enarratis, ac potissimū in MARIA, cū in ea; DVAS VIRGINITATIS, ET MATERNITATIS COLVMNAS erigere dignatus sit, quibus præscriptúm Noema conuenire dicimus, quòd est; NON PLVS VLTRA. Nam cum ad hocc ā creasset Deus, vt vnigeniti filij sui vera mater esset, talem illam condidit, quòd hęc infinita dignitas matri suę collata, statera æqualis esse potest, ad Dei omnipotentiā librandam; Ita Petrus Grisol. ser.104. innuere voluit illis verbis. Tanta est Virgo, vt quantus sit Deus ignoret, qui huius Virginis mentē non stupet animū non miratur. Cui sententiæ hāc addere possumus rationem, nam si meliorem matrem plasmare poterat Deus, opus fuisset, quòd filius maior sibi daretur, hoc dari impossibile est, quia D. Ansel. teste, Deus est quo excogitari nihil melius

Noēma declaratur.

Isai. 40.

Mundus respectu Dei potentia nihil est.

Noēma declaratur.

Mariam cur Deus creauit.

Maria æqualis statera est ad Dei omnipotentiam librādā.

Petr. Grisol.

Maria melior esse nō poterat.

potest

poteſt; ergo & mater melior nequit inueniri. Quæ ſanè ratio Petri Dam. authoritate ſer. de nat. Mariæ cõprobatur dicẽtis. Cum Deus ĩ alijs rebus ſit tribus modis, in Virgine fuit quarto ſpeciali modo; ſcilicet per identitatem; quia idem eſt, quòd ipſa. & ſubdit. Hinc taceat, & contremiſcat omnis creatura, & vix audeat aſpicere tantæ dignitatis immenſitatem. Quæ tanta fuit, vt D. Aug. ſer. de Aſſumpt. Virg. dixit; Quòd nec cor concipere, nec lingua valet exprimere. Hoc inquam Noema, tunc ſolum adimpletũ eſt, quando, *Verbum caro factum eſt*; nam eo tẽpore, Virginitatis, & Maternitatis Columnæ, erectæ fuerunt. Antequã Dei filiũ conciperet MARIA; Noema; PLVS VLTRA', poterat in illa reperiri, nam (quicquid de eius immaculata Conceptione, vel Sanctificatione ſit, nihil in pręſenti) ab vtero matris ſuę egreſſa, poſtquã ad annos diſcretionis peruenit, virtutibus quãplurimis exornata, in dies eius merita creſcebant, quoaduſq; ab Angelo ſalutata audiuit; *Aue gratia plena*; At ſtatim atq; illi cęleſti Nuntio id flagitãti, cum de filij Dei carnẽ humanã in eius vtero aſſumenti, conſenſum tanta humilitate præſtitiſſet, illicò Noema; NON PLVS VLTRA' in ea locum habuit, quòd ei ab Angelo fuerat ſignificatũ, illis verbis; *Ecce Virgo concipies, & paries filium*. Ac ſi dicere voluiſſet. Egregium ſanè opus eſt, quod tu (cũ Virgo ſis) concipere debeas, ſed maius eſt, quod, & Virgo pariens permaneas; Quo audito, tanti myſterij ignara, ab ipſomet Angelo modum petijt, dicens. *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco*. adde, nec cognoſcere intendo, quòd ad Virginitatis integritatem ſolum ſpectabat, nõ autem ad partum virginalem, cum ab omni mente creata id prorſus impenetrabile eſſet, cui Angelus reſpondit; *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi*; ac ſi dicere voluiſſet; etiam mihi myſteriũ hoc ineffabile abſconditũ eſt. Magiſter me doctior (qui diuinus eſt) te erudiet, ab eo non ſolũ dubiũ mihi propoſitũ ſoluetur, verũ etiam (quod maius eſt) quomodo; Virgo permanens paries, & poſt partũ virgo inuiolata permanebis, te docebit. Et quidem meritò, Deiparæ Virgini Maternitas Virginalis conueniebat, quæ Virginalis pudicitię virtutem, prima inuenit, vnde D. Bern. ſer. de B. V. volens mundo ſignificare, quomodo Deipara Virgo, quę Virginitatis inuẽtrix fuit

poſſet

Petr. Dam.

Maria dignitas concipi non poteſt.

Luc. 1.

Maria quãdo nõ potuit plus cognoſcere.

Legationis cæleſtis verba declarantur.

Maria interrogatio.

Angeli reſponſio.

Spiritus S. ſolus interrogationi à Virgine facta reſpondere poteſt.

Deipara Virginitatis inuentrix.

posset (à lõge saltem) ab alijs imitari; vndè socios habere poterat, tamen alio priuilegio præcipuo, omnes creaturas dignitate superasset, dixit; Vnum est (inquit) in quo, nec primã similem visa est, nec habere sequentem. Gaudia matris habens, cum virginitatis honore. Mariæ priuilegium est, non dabitur alteri. Singulare est, sed continuo etiam indicibile inuenitur; Ex quibus colligitur NOEMA, huic SYMBOLO propositum, quod erat.

D. Bern.

Thema explicatur.

CRVRA *illius* COLVMNÆ *marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas.* CRVRA à genibus vsq; ad imum pedem sunt, & partem hominis inferiorẽ manifestant, à currendo dicta, quod CRVRVM ministerio in cursu vtamur. Deiparæ Virg. CRVRA, dicere possumus fuisse eius humilitatẽ, & obedientiã, inter alias præclaras virtutes, quæ veluti sydera micantia in eius animo fulgebant, quibus, Virginitatis pudicitiam, prima inuenit, quæ dignã illam reddidit, vt Mater, & Virgo esset, eò magis cum hæ, & aliæ virtutes essent. *Fundatæ super bases aureas*, hoc est in humili charitate, nam ex Virginitate placuit Deo (ait D. Bern. super *Mis. est*) sed ex humilitate concepit, & *Aquæ multæ non potuerunt extinguere eius charitatem*, (Cant. 8. prout de alijs virtutibus, eam alloquens Spiritus Sanctus, dixit; *Multæ filiæ congregauerunt sibi diuitias, tu verò supergressa es vniuersas.* Sit igitur nobis, tanquã in imagine descripta virginitas, vitaq; MARIÆ (vt D. Ambr. super Luc. ait) in qua velut ĩ speculo refulget spirit' castitatis, & forma virtutis. Hanc in subsidium inuocemus, quæ Aduocata nostra, & Refugium peccatorum dici voluit, omnibus misericordię sinũ aperit, vt de plenitudine eius accipiant vniuersi: debitricem se nobis fecit, quę cũ gratiam à nobis amissam, Angelo teste, Luc. 1. *Inuenisti gratiam*, inuenerit, & nobis nunc, & in hora mortis nostræ reddat, eam exoremus. Audi ergo, & intercede pro me peccatore, Virgo Deipara, Spes mea, Aduocata pijssima, vt dignus efficiar promissionibus CHRISTI. Amen.

Crura vndè dicuntur.

Maria V. Crura humilitas & obedientia fuere.

Maria V. Caritas singularis

D. Ambr.

Mariæ imitanda.

Maria inuocatur.

Laus DEO Deiparæq; Virginis MARIÆ.

VERONÆ,
Ex Angeli Tami Officina. 1612.

PRIMVS INDEX.

Cuiuslibet Concionis Materiam, Symbolum, Noëma, & Thema continens.

FERIA IV. CINERVM.

MATERIA.

De peccatoris Conuersione ad Deum, per cordis affectum, nec non per eius opera, ac potissimum mediante Ieiunio.

SYMBOLVM.

Heliotropium, quod iugiter cum Sole vertitur.

NOEMA.

TVVM EST.

THEMA.

Ego dilecto meo, & ad me Conuersio eius. Cant. 7.

FERIA V. CINERVM.

De Sancta FIDE.

Scutum, quod hominem ab inimicorum ictibus defendit.

ET CVM HOC, ET IN HOC.

In omnibus sumentes Scutum Fidei. Ephes. 6.

FERIA VI. CINERVM.

De Inimicorum DILECTIONE.

Silex, ex quo Ignis latens, Ferro excutitur.

NON SINE ICTV.

Dabit pro terra Silicem, & pro Silice torrentes aureos.

DOMINICA PRIMA.

De Duello inter Christum, & Diabolum.

Sol oriens, cui diuersæ Nubeculæ ex aduerso stant.

SPLENDOR EX ME.

Opposuisti Nubem tibi. Thren. 3.

X FER.

FERIA II. PRIMÆ.

De Vniuersali IVDITIO.

Duæ Manus extensæ, vulnere transfixæ.

CVMPLICATIS, PERCVTE.

Melius est, vt incidam in Manus Domini, quã in manus hominũ. Reg. 23

FERIA III. PRIMÆ.

De vniuersali Commotione ob Christi aduentum.

SOL ECLIPSATVS.

E' COELO DECOR.

Orietur vobis timentibus nomen Domini, Sol iustitiæ. Malac. 4.

FERIA IV. PRIMÆ.

De ADVLATIONIS peccato.

Siren, cuius pars superior, virginis formam habet, inferior verò caudæ piscis similis est.

AMARICATA DVLCEDO.

Et ibi Sirenæ in delubris voluptatis. Isai. 13.

FERIA V. PRIMÆ.

De ORATIONIS efficacia.

Catena Aurea à Cœlo emissa, cui homo appensus, dum alternatis manibus connexos annulos ad se trahere studet, inconsultò ad cœlũ eleuatur.

AD SYDERA SIC TRAHIMVR.

Tota die expandi Manus meas ad te. Psal.

FERIA VI. PRIMÆ.

De Corporis humani miseria.

Calandrius auis est, qui si infirmum respiciat, illum ad sanitatẽ restituit.

EX ASPECTV VITA.

Ephraim, quasi Auis auolauit. Ose. 9.

DOMINICA SECVNDA.

De Cordis humani requie, in solo DEO habenda.

Trianguli figura, in cuius medio Circulus conspicitur.

DATVR VACVVM.

Satiabor cum apparuerit Gloria tua. Psal. 16.

FERIA II. SECVNDÆ.

De varijs supplicijs propter peccatum, Animæ inflictis.

Homo dorsum versus Solem habens, eius umbram ingiter cernit.

HORROR ANTE ME.

Verterunt ad me Terga, & non Facies suas. Ierem. 31.

FERIA III. SECVNDÆ.

De Sacerdotii excellentia.

Arbor procera, magna fructum copia onusta.

NVNQVAM SPOLIATA.

In medio plateæ eius Lignum Vitæ, afferens fructum, &c. Apoc. 22.

FERIA IV. SECVNDÆ.

Te Tribulationum fructu vberrimo.

Aurum in Igne ad probandum positum.

PROBATVM ÆSTIMOR.

Tanquàm Aurum in fornace probauit electos Dominus. Sap. 3.

FERIA V. SECVNDÆ.

De Igne Infernali.

Larix arbor, Manibus à terra euulsa, in Igne ponitur.

COMITE NEQVITIA.

Horrendum est incidere in Manus Dei viuentis. Hebr. 10.

FERIA VI. SECVNDÆ

De Ingratitvdinis Vitio.

Lacus, ex quo quamplures Serpentes exeunt.

AB INGRATO, PEIORA.

Lacum aperuit, & effodit illum. Psal. 7.

DOMINICA TERTIA.

De Peccatorum confessione.

Pila, qua ludunt homines, quæ quoties terram versus proijcitur, toties erigit se. HVIC SIMILIS.

Ecce mittam te sicut Pilam in terram latam, & spatiosam. Isa. 22.

FERIA II. TERTIÆ.

De Fidei defectu, quantum officiat,

Nilus Ægypti fluuius, qui per aliquot Menses, ob arenæ impedimentum, vnde originem duxit, reuertitur

DONEC AVFERATVR OBEX.

Defluet, sicut Fluuius Ægypti. Amos. 8.

FERIA iij. TERTIÆ.

De Fraterna Correctione.

Sagitta à puero in alium emissa.

EX VVLNERE SALVS.

Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. Psal. 63.

FERIA IV. TERTIÆ.

De Detractionis Vitio.

Cadmus, serpentium Dentes seminans, ex eis armati homines resurgunt.

AD DILIANANDVM EXPEDITI.

Dentes bestiarum immittam in eos cum furore, &c. Deut. 32.

FERIA V. TERTIÆ.

De Carnis repugnantia aduersus spiritum.

Homo Alatus, qui ad cęlum ire contendit, Saxum pergrandem habens alligatum ad pedes, quo detentus, volare non potest.

GRAVATVS DEFICIO.

Quare posuisti me contrariū tibi, et factus sum mihimetipsi grauis? Iob. 7

FERIA VI. TERTIÆ.

De immensa Dei clementia erga Animam.

Sol Concam radijs suis irrorans, Ostream in Margaritam conuertit.

A' TE VIGOREM.

Qui Solem suum oriri facit super Bonos, & Malos. Mat. 5.

DOMINICA QVARTA.

De Christi Sequela.

Curru s à duobus Equis ductus, quorū alter Albus, alter verò Niger est.

A CAN-

A' CANDORE ILLECTVS.
Ego si exaltatus fuero à terra, omnia Traham ad meipsum.
Ioan. 2.

FERIA ij. QVARTÆ.

De CHRISTI Zelo.
AEtnæ Mortis incendium.
EGO TOTVS.
Ignis in conspectu eius exardescet: Psal. 49.

FERIA iij. QVARTÆ.

De CHRISTI infinita sapientia.
LILIVM.
DVLCEDO MELLIFLVA.
Labia eius distillantia Mirrham primam. Cant. 5.

FERIA iiij. QVARTÆ.

De Diuina Virtute ab Oculis Christi exeunte.
Struthio, qui fixis Oculis propria Oua aspicit.
OCVLIS VITAM.
Inueni gratiam apud Oculos tuos Domine mi. Rut. 1.

FERIA V. QVARTÆ.

De humanæ vitæ breuitate.
Fasciculus FOENI viridis.
CITO' ARESCET.
Exiccatum est Fœnum, & cecidit Flos. Isai. 40.

FERIA VI. QVARTÆ.

De Mortis ineuitabilitate.
CARYBDIS omnia deglutiens.
NVNQVAM SATVRA.
Quasi Mors, & non Adimpletur. Abac. 2.

DOM.

DOMINICA PASSIONIS.

De Christi Innocentia purissima.

AGNVS CANDIDVS.

INTVS, ET EXRA'.

Erit autem AGNVS absquè macula, masculus anniculus. Exo. 1.

FERIA ij. Passionis.

De Christo Misericordiæ Fonte vberrimo.

Fons aquarum dulcedine redundans.

IVGITER EMANANS.

Quoniam apud te est Fons vitæ. Psal. 35.

FERIA iij. Passionis.

De diuinorum Iudiciorum incomprehensibilitate.

SOL, radiorum splendore circumfusus, quem oculus noster intueri nequit.

VNDIQVE TENEBRÆ.

Quam incomprehensibilia sunt Iuditia eius. Rom. 11.

FERIA iiij. Passionis.

De Christo PASTORE.

VIRGA Duos habens Oculos in sui summitate.

HIS MVNITVS.

VIRGAM vigilantem ego video. Ierem. 1.

FERIA V. Passionis.

De Christi, & Peccatoris penitentis amore mutuo.

HEDERA Ligno hærens.

NVNQVAM DIVELLAR.

Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delitijs affluens, INNIXA super DILECTVM suum? Cant. 8.

FER.

FERIA VI. Passionis.

De INVIDIÆ damnis.

PERILLVS, proprio TAVRO inclusus, primis suæ artis experimentum præbet.

CONDIGNA MERCES.

Si Incluserit hominem, nullus est, qui aperiat. Iob. 12.

DONINICA PALMARVM.

De Christi glorioso Triumpho.

PEGASVS, idest Equus alatus, varias coronas, sceptra; ac Trophea deferens.

HINC GLORIA.

Nunquid præbebis EQVO fortitudinem? Iob. 30.

FERIA V. in Cœna Domini.

De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento.

MAGNES, FERRVM attrahens.

INEFFABILIS VNIO.

In Funiculis Adam traham eos in Vinculis Charitatis, & declinaui ad eum, vt vesceretur. Ose. 11.

FERIA VI. in Parasceue.

De Christi Victoria aduersus Diabolum.

ELEPHAS arbori innixus, vt somnum capiat; DRACO eius inimicus, ibi in herba latitans iacet, quare ipso dormiente, illius sanguinem sugit, qui cadens, maximo corporis sui pondere, illum elidit.

VICTOREM, VINCO.

Et iuit sub pedes Elephantis, & supposuit se, & occidit eum, et cecidit in terram super ipsum, & mortuus est illic. 1. Mach. 6.

DOMINICA RESVRRECTIONIS.

De Christi Victoris lætitia per Crucem habita.

VEXILLVM album, CRVCE rubea signatum.

HINC SALVS.

Dicite in Nationibus, quia Dominus regnauit à Ligno.

FERIA ij. Resurrectionis.

De SPE in Deo habenda.
ANCHORA, qua NAVES retinentur.
HAC DVCE, LAETVS.
Fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam SPEM, quam sicut ANCHORAM habemus Animę tutam, ac firmam. Hebr. 6.


FERIA iij. Resurrectionis.

De Victoria, quam Christus contrà inimicos nostros reportauit.
RHINOCEROS, qui cum LEONE pugnat, & vincitur.
QVIS RESISTET?
Ecce vicit LEO de Tribu Iuda, radix Dauid. Apocal. 5.

IN DIE ANNVNCIATIONIS DEIPARÆ VIRGINIS.

De eius VIRGINITATE, &. MATERNITATE.
DVÆ COLVMNÆ, *ab Hercule erectæ.*
NON PLVS VLTRA.
CRVRA illius COLVMNÆ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas. Cant. 5.

PRIMI INDICIS FINIS.



SECVNDVS INDEX.

Locorum Communium.

Y De

Finis Secundi Indicis.

TERTIVS INDEX.

Authoritatum Sacræ Scripturæ.

PROVERBIORVM.

ECCLESIASTE.

CANTICORVM.

SAPIENTIÆ.

ECCLESIASTICI.

ISAIÆ.

IEREMIÆ.

MATH.

EPHESIORVM.

COLOSSENS.

I. AD TIMOT.

HEBREORVM.

I. PETRI.

I. IOAN.

II. IOAN.

APOCALIPSIS.

FINIS TERTII INDICIS.

QVARTVS INDEX.

Rerum Memorabilium.

D

E

Igne-

Moysi

Explicit vltimus Index.

